atque in eius locum Felicis Papæ Romani nomen reposuit, uiri orthodoxi, qui & per literas Zenonem & Acacium taxat, quod cum Petro Mongo Eutychis & Dioscori sectam amplexo communicassent: atque etiam misso libello, Acacio dignitatem abrogarat: qua de causa ille nomen eius è commentarijs deleuerat. Hic igitur patriarcha Euphemius, chirographo ab Anastasio accepto, quo se amplecti ecclesiæ dogmata, & Chalcedonensis cōcilij decreta seruaturū esse omnia profitebatur, coronat hominē. Qui statim Ariadnā ambit, & literas regias cōficit, quibus ea quę ad id tēpus fisco à nōnullis deberētur, remittebat, & die quadragesimo à sepultura Zenonis iā elapso nuptias celebrat. Cumque uectigal, quod Aurargenteum dicebatur, subditos premeret, id quoque aboleuit. Huiusmodi autem illud erat: Omnes mendici & pauperes, omnes meretrices, omnes liberti in agris & urbibus, annuum fisco tributum pendere cogebantur. Exigebatur tributum de equis, mulis, bobus, asinis & canibus: de unoquoque homine nummus argenteus: de equo, mulo & boue tantundem: de asino pholes (nummi genus est) sex, & de cane totidem. Quo tributo attriti homines, ubique lamentabanntur. Eo igitur abrogato Anastasius, commentarios illos in Hippico, inspectante populo, cremauit. Ac in huiusmodi rebus honestè se gessit, & reipublicæ negocia propè administrauit, ac magistratus pridem uænales, sine precio concessit. Sed de Deo non rectè sensit, Synchyticorum sectam secutus, qui unam naturam post duarum unionem, in Christo seruatore statuebant, & multis malis orthodoxorum ecclesias affecit, erga earum præfectos implacabilis. Nam & patriarcham Euphemium eiecit, quod Chalcedonense concilium anathemate notare recusabat, surrepto prius per dolū suo chirographo, siue ut alij tradunt, per uim extorto, & successorē eius Macedoniū, uirū sanctū, ab ipso stare nolentem, Euchaita relegauit. In cuius locū suffectus est Timotheus, imperatoris assensor. Lōginū item Zenonis fratrē, affectato regno, Anastasius superatū, Alexandriam relegat, ubi presbyter electus obijt. Isauros etiā multos in regia urbe uersantes expulit. Quibus Lōginus Magister, non Zenonis frater, sed alius, assumptis, mota seditione, oriētales prouincias populat. Sed bello subactus est, Barbaris qui cū eo erāt, interfectis. Eo tēpore fertur & Theodericus Africæ dux, qui Arianus erat, diaconū quendā sibi per quam familiarē, & in suā gratiā Arianismū amplexū, occidisse. Neque enim sibi fidē seruaturū, qui Deo nō seruasset. Anastasio papa Romano mortuo, populoque per seditionē dissidēte, alijs Laurētiū quendā, orthodoxis uerò Symmachū decernētibus: idē Theodericus, cui roma tū parebat, in urbē uenit, & concilio indicto, repudia

Felix Papa.

Anastasij æquitas in moderandis tributis.

Synchyticorum secta.

Euphemij & Macedonij relegatio.

Timotheus patriarcha.

Longini relegatio.

Longiniana seditio.

Theodericus diaconū assentatorē interficit.

Symmachus Papa.

repudiato Laurentio, episcopatum Romanum Symmacho confirmauit. Circa hæc tempora, fertur gens Bulgarorum ignota, prius in Illyricum & Thraciam impressionem fecisse. Cum Agarenis orientem uastantibus, pacem fecit Anastasius: Vitaliano Thraci, qui Mysis & Scythis sibi conciliatis seditionem mouebat, & agro Byzantio prædas agebat, & classe urbem obsidebat, per Marianũ præfectum restitit, naualiq; pugna commissa, ex machina quadam à Proclo uiro excellentissimo facta. (Is enim tum & in Philosophia & in Mechanicis florebat, neq; Archimedis duntaxat, celeberrimi artificis cognorat omnia, sed & ipse noua quædam adinuenerat) classis hostium debellata est. Nam specula ex ære fabricasse ustoria fertur Proclus, eaq; de muro è regione hostilium nauium suspendisse: in quæ cum solares radij impegissent, ignem inde fulminis instar erumpentem, classiarios ipsasq; naues hostiũ combussisse, quod olim Archimedem excogitasse, Romanis Syracusas obsidentibus, Dion refert. Anastasius cum Eutychianus esset, in Tersancto cantico adijci uoluit clausulã illam: Qui crucifixus est pro nobis. eaq; de causa Logothetã & præfectũ misit in Ecclesiã: qui cum ex superiore loco edictum imperatoris recitare cœpissẽt: qui ex populo orthodoxi erant, concitati, ad discerpendos eos uiros properabant, & hi quidem popularem insaniam ægrè uitarunt. cæterum populus ardens iracundia, ædes illorum inuasit, easq; deiecit atq; diripuit, & multis interfectis, imperatorem ignominiosis uerbis proscidit, Vitalianum ut imperatorẽ laudibus prosequens, multas ædes incendit, plurimos interfecit, atque inter alios etiam monachum quendam, qui prope cisternam ab Anastasio structam habitans, nomine Mocisiam, imperatori charus erat: Monacham item quandam inclusam propè portam Xylocercam, ut cui fides ab imperatore haberetur: ambo corpora colligata per urbem tracta crremataq; sunt. Hoc regnante Alamundarus Agarenorum princeps ab orthodoxis institutus, credidit, & baptizatus est, ad quẽ Seuerus episcopus duos misit, ut eum ad suam hæresim pertraheret, qui quum docerent duas Christi naturas in unam esse confusas, unde colligeretur, etiam Deitatem Christi cum carne passam esse: ille conuicturus eos, ut qui absurda dicerent, & incredibilia docerent: quendam ex domesticis subornat, qui sibi aliqd in aurẽ diceret. Quo facto, tetrico uultu mœrorẽ præ se ferẽs, eius causam sciscitãtibus episcopis, nunciatã sibi esse respõdet Michaëlis archãgeli mortẽ. Quẽ nunciũ quũ illi esse falsum asseuerarent, neq; enim mori posse archangelũ, subijcit ille: Si igitur angelus nõ moritur, qua ratione uos affirmatis Deitatẽ & passam & mortuã,

Bulgari.

Agareni

Vitaliani seditio.

Procli machina mirabilis.

Archimedes.

Seditio ob clausulam Qui crucifixus est, pro nobis.

Alamundari Agareni baptismus, et solers hæreticorũ refutatio.

τὸν μὲν σύμμαχον, ἐπίσκοπον τῆς ῥώμης εἶναι ἐκύρωσεν, ἀπήλασε δὲ τὸν λαυρέντιον. κατὰ τούτους δὲ τοὺς χρόνους ἱστορεῖται καὶ τὸ τῶν βουλγάρων ἔθνος, τὸ ἰλλυρικὸν καὶ τὴν θρᾴκην καταδραμεῖν μήπω πρὶν γινωσκόμενον. τῶν δὲ ἀγαρηνῶν τὴν ἑῴαν ληϊζομένων σπονδὰς πρὸς αὐτοὺς ἐποιήσατο ὁ ἀναστάσιος. τοῦ μέντοι θρᾳκὸς βιταλιανοῦ τυραννίδι ἐπικεχειρηκότος, μυσούς τε καὶ σκύθας προσεταιρισαμένου, καὶ ἅμα τούτοις τὰ περὶ τὴν βασιλίδα ληϊζομένου τῶν πόλεων, ἀλλὰ μὴν καὶ στόλῳ κατ' αὐτῆς ἐπελθόντος, ἀντικατέστη τούτῳ διὰ μαριανοῦ τοῦ ἐπάρχου ὁ ἀναστάσιος, καὶ ναυμαχίας γενομένης ἔκ τινος μηχανῆς παρὰ πρόκλου τοῦ πάνυ γεγενημένης (τότε γὰρ ἤνθει καὶ ἐπὶ φιλοσοφίᾳ καὶ ἐν τοῖς μηχανήμασι, τά τε τοῦ ἐν τούτοις περιβοήτου ἀρχιμήδους ἅπαντα διεληλυθὼς καὶ αὐτὸς ἐκείνοις προσεξευρών) τὸ ναυτικὸν τῶν πολεμίων κατεπολεμήθη. κάτοπτρα γάρ φασι χαλκεῦσαι πυρφόρα ὁ πρόκλος, καὶ ἐκ τοῦ τείχους ταῦτα ἀπαιωρῆσαι κατέναντι τῶν πολεμίων νεῶν. τούτοις δὲ τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων προσβαλουσῶν, πῦρ ἐκεῖθεν ἐκκεραυνοῦσθαι καταφλέγον τὸν ναυτικὸν τῶν ἐναντίων στρατόν, καὶ τὰς νῆας αὐτάς· ὃ πάλαι τὸν ἀρχιμήδην ἐπινοῆσαι ὁ δίων ἱστόρησε, τῶν ῥωμαίων τότε πολιορκούντων συρακούσας. ἀναστάσιος δὲ ἀποδιασθεὶς τὴν εὐτυχοῦς αἵρεσιν ὤν, ἐβουλήθη προσθεῖναι εἰς τὸ τρισάγιον, τὸ ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς. ἐκπέμπει οὖν διὰ τοῦτο τὸν λογοθέτην καὶ τὸν ἔπαρχον εἰς τὴν ἐκκλησίαν. οἱ δὲ τῷ ἄμβωνι ὡς ἐπιβάντες ἐκεῖ, διαγγέλλειν ἤρξαντο τὸ πρόσταγμα τὸ βασιλικόν. κινεῖται τοίνυν ὅσον τοῦ πλήθους ὀρθόδοξον, καὶ διασπάσαι τοὺς ἄνδρας ὥρμησαν. ἀλλ' οἱ μὲν μόλις τὴν δημοτικὴν μανίαν διέφυγον. τὸ δέ γε πλῆθος εἰς θυμὸν ἐκκαυθὲν, ἐπὶ τὰς οἰκίας ἐπῆλθε τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν καὶ τοὺς μὲν κατηρείπωσαν, τὰ δὲ ἐν αὐταῖς διήρπασαν, καὶ πολλοὺς ἀνεῖλον, καὶ εἰς τὸν βασιλέα ἐξύβριζον, τὸν δὲ βιταλιανὸν ὡς βασιλέα εὐφήμουν, καὶ πολλοὺς οἴκους ἐνέπρησαν, καὶ πλείστους ἐφόνευσαν, καί τινα μοναχὸν πλησίον οἰκοῦντα τῆς παρὰ τοῦ ἀναστασίου κτισθείσης κινστέρνης τῆς μωκισίας καλουμένης, καὶ διὰ τιμῆς τῷ βασιλεῖ τότε ἀγόμενον, κτάνοντες, ἀλλὰ μὴν καί τινα μονάζουσαν ἐγκεκλεισμένην ἐγγὺς τῆς πόρτης τῆς ξυλοκέρκου ἀνελόντες, ὡς πίστιν, καὶ εἰς αὐτὴν κεκτημένου τοῦ βασιλέως, καὶ συνδήσαντες ἄμφω τὰ σώματα ἔσυραν, εἶτα κατέκαυσαν. τοῖς χρόνοις τούτου τοῦ βασιλέως, ἀλαμούνδαρος ὁ τῶν ἀγαρηνῶν φύλαρχος κατηχηθεὶς παρὰ ὀρθοδόξων, ἐπίστευσέ τε καὶ ἐβαπτίσθη. πρὸς ὃν ὁ σευῆρος ἐπισκόπους ἔστειλε δύο, ὥστε δι' αὐτῶν εἰς τὴν οἰκείαν αἵρεσιν μεθελκύσαι αὐτόν, τῶν γοῦν ἐπισκόπων διδασκόντων αὐτὸν εἰς μίαν φύσιν τὰς δύο τοῦ χριστοῦ συγχυθῆναι φύσεις, κἀντεῦθεν συναγομένου τοῦ συμπαθεῖν τῇ σαρκὶ τοῦ κυρίου χριστοῦ καὶ τὴν θεότητα, ἐκεῖνος ἐλέγξαι θέλων αὐτοὺς ἄτοπα λέγοντας, καὶ διδάσκοντας ἄπιστα, παρεσκεύασέ τινα τῶν οἰκείων, παρόντων τῶν αὐτίκα ἐπισκόπων ἐκείνων, πρὸς οὖς τι αὐτῷ ἀπαγγεῖλαι. τοῦ δὲ ποιήσαντος τὸ ἐπιταχθέν, ὁ ἀλαμούνδαρος ἐσκυθρώπασε, καὶ ὑπεκρίνατο τὸν λυπούμενον. ἐρομένων δὲ τῶν ἐπισκόπων ὅτου χάριν συγκέχυται, καὶ τί ἂν εἴη τὸ ἀγγελθέν, ἔφη ἐκεῖνος, ἀγγελθῆναι αὐτῷ τὸν ἀρχάγγελον θανεῖν μιχαήλ. τῶν δὲ ψευδῆ τὴν ἀγγελίαν διατεινομένων τυγχάνειν, ἀδύνατον γὰρ εἶναι θανεῖν τὸν ἀρχάγγελον, ὑπολαβὼν ὁ φύλαρχος, εἶπεν· εἰ οὖν ἄγγελος οὐ θνήσκει, πῶς καθ' ὑμᾶς ἡ θεότης ἔπαθέ τε καὶ τέθνηκε,

τῇ

περὶ τῶν βουλγάρων.

περὶ βιταλιανοῦ τυραννήσαντος, καὶ ὅπως κατεπολεμήθη, καὶ περὶ πρόκλου.

ὅτι προσθεῖναι βουληθέντος τῷ τρισαγίῳ τοῦ ἀναστασίου, τὸ σταυρωθεὶς, στάσις καὶ ἐστασίασεν.

περὶ ἀλαμουνδάρου, καὶ ὅπως τοὺς σευήρου ἐπισκόπους ἐξήλεγξε.

τῇ σαρκὶ συγκραθεῖσα καὶ συγχυθεῖσα καὶ εἰς μίαν φύσιν ἀποτελεσθεῖσα; τούτοις οἱ ἐπίσκοποι ἐκεῖνον μὲν ἐθαύμασαν τῆς συνέσεως. αὐτοὶ δὲ ἀπογνόντες, ὡς οὐκ ἄν ποτε μεταπείσειαν αὐτὸν διαβῆναι εἰς τὴν δόξαν αὐτῶν, ἀνεχώρησαν. τῶν δὲ Βουλγάρων αὖθις τὸ Ἰλλυρικὸν κατεδραμόντων, ἀντετάξαντο τούτοις τινὲς τῶν ῥωμαίων ταξιαρχῶν μετὰ τῶν ὑπ' αὐτοὺς ταγμάτων. ἐκείνων δὲ ἐπῳδαῖς χρησαμένων καὶ γοητείαις, ἡττήθησαν αἰσχρῶς οἱ ῥωμαῖοι, καὶ πλὴν ὀλίγων ἅπαντες διεφθάρησαν. ὧν τὴν φθορὰν, κομήτης ἀστὴρ προεμήνυσε. καὶ κόρακες προδρομοῦντες αὐτῶν ὑπεραιωρούμενοί τε καὶ προηγούμενοι, καὶ οἱ σαλπιγκταὶ αὐτοὶ ἐνυαλίου ἠχῆς, πολεμικοῖς τι καὶ θρηνῶδες ἠχήσαντες. τοῦ δὲ ἄνωθεν ῥηθέντος τιμοθέου πολλὰ τοῖς ὀρθοδόξοις ἐνδειξαμένου κακὰ, καὶ τὴν ζωὴν καταλύσαντος, ἰωάννης ὁ καππαδόκης τῆς ἐκκλησίας ἐνεχειρίσθη τὴν προστασίαν, ἔτη δύο ταύτης προστάς. τέθνηκε δὲ καὶ ἡ βασιλὶς ἀριάδνη. ἱστόρηται γε μὴν ἐν τοῖς χρόνοις τῆς βασιλείας ἀναστασίου, ἄγαλμα τῆς τύχης τῆς πόλεως ἐν εἴδει γυναικὸς ἐκ χαλκοῦ πεποιημένον, θάτερον τῶν ποδῶν ἐντὸς νηὸς ἐχούσης, πρὸ αὐτῆς ἑστώσης καὶ ὁμοίας ὕλης ἐξειργασμένης, ἵστασθαί που τῆς πόλεως. τούτου δ' ἅτε τοῦ τῆς νηὸς ἐκτυπώματος, ἢ τῷ χρόνῳ μογήσαντος, ἢ δι' ἐπιβουλῆς, μέρη τινὰ θραυσθέντα ἀφῄρηντο. οὐκέτι γοῦν φορτηγοὶ νῆες προσώρμουν εἰς τὸ Βυζάντιον, ἀλλὰ πλησίον ἰοῦσαι, βίαις πνευμάτων ἀνεῤῥίπτοντο, καὶ εἰ μὴ νῆες μακραὶ, καὶ πολλοῖς ἐρέταις κινούμεναι τοὺς φόρτους ἐκείνων εἰς τὴν πόλιν ἐκόμιζον, τάχα ἂν λιμῷ οἱ ἐν αὐτῇ κατηναλώθησαν. τοῦτο ἐπὶ καιρὸν ἐκράτησαν, τοῖς τῶν κοινῶν φροντισταῖς διαφροντίδος ἐγένετο· ἀνιχνευθὲν δ' ὑπό τινος ἀγχίνου παρέστη τὸ αἴτιον, καὶ προσήγγελται τοῖς οἷς ἡ τῶν τῆς πόλεως ἀνῆκε φροντίς. καὶ τὰ θραύσματα τῆς χαλκῆς νηὸς ἐκείνης ἐπιμελῶς ζητηθέντα, εὑρέθησαν, καὶ αὐτῇ ἀποκατέστησάν τε καὶ προσηρμόσθησαν. καὶ ὁ πλοῦς ἦν τοῖς πλοίοις ἀκώλυτος. καὶ μεστὴ τούτων εἰσπλεόντων ἡ θάλασσα. ἵνα δὲ γνοῖεν ἀκριβῶς εἰ τοῦτο ὡς ἀληθῶς τοῦ τῶν πλοίων εἴσπλου κώλυμα ἦν, ἀφῄρητο αὖθις τὰ μέρη τῆς νηὸς ἐκείνης. καὶ ὅσαι τῶν νεῶν ἔτυχον τότε εἰσπλέουσαι, πνεύματος αὖθις βίᾳ γεγόνασιν ἀπωσθεῖσαι. ἐντεῦθεν ἐβεβαιώθησαν ἐκ τοῦ θραυσθῆναι τὴν χαλκῆν ναῦν ἐκείνην, τὴν κωλύμην γίνεσθαι τοῦ εἰς τὴν πόλιν εἴσπλου τῶν πλοίων τῶν φορτηγῶν. καὶ τὴν ναῦν ἐκείνην πολλῆς ἐπιμελείας ἀξιώσαντες, ἀνεκαίνισαν. πρὸ μικροῦ δὲ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ, ὁ βασιλεὺς ἀναστάσιος ἐπιβουλῆς αὐτῷ μηνυθείσης, συνέσχε πολλοὺς, σὺν οἷς καὶ ἰουστῖνον καὶ ἰουστινιανὸν, τοὺς μετὰ ταῦτα αὐταρχήσαντας, καὶ ἦν γνώμης ἀνελέσθαι αὐτούς, ἐκωλύθη δὲ κατ' ὄναρ, φοβεροῦ τινὸς ἀνδρὸς δόξαντος παραστῆναι αὐτῷ, καὶ εἰπεῖν. ἰουστίνῳ καὶ ἰουστινιανῷ μηδὲν ἐργάσῃ κακόν. μέλλει γὰρ ἕκαστος αὐτῶν ὑπουργῆσαι τῷ θεῷ, ἐν καιροῖς ἰδίοις. ὅθεν ἀφῆκεν αὐτοῖς τὸ τῆς καθοσιώσεως ἔγκλημα, καὶ αὖθις ὄναρ ἰδεῖν λέγεται ὁ βασιλεὺς ἐκεῖνος, ἄνδρα ἰδεῖν φοβερὸν, τόμον κατέχοντα, καὶ λέγοντα πρὸς αὐτὸν ἰδοὺ διὰ τὴν κακοπιστίαν σου, ἀπαλείφω τῆς ζωῆς σου ἔτη τεσσαρεσκαίδεκα. ἔχων δὲ κεχρησμῳδημένον ὁ ἀναστάσιος, ὅτι ἐκ κεραυνοῦ τελευτήσει, τὸ λεγόμενον θολωτὸν ᾠκοδόμησε, καὶ ἐν αὐτῷ διῆγεν. ἀλλ' οὐδὲν τοῦτο ἀπώνατο. βροντῶν γάρ ποτε ἐῤῥηγνυμένων φρικωδέστατον, καὶ ἀστραπῶν ἐκριπτομένων ἐκεῖθεν πολλῶν, ἐκεῖνος δειμαίνων ἐκ διαίτης εἰς δίαιταν μετέβαινε, καὶ ἐκ θαλάμου εἰς θάλαμον

cum carne contemperatam & confusam, & in unam naturam conflatam? Ex hoc dicto episcopi, hominis acumen admirati, spe traducendi eius in suam opinionem abiecta, discesserunt. Cum Bulgari denuò in Illyricum impressionem fecissent, quidem ex Romanis tribunis se illis cum suis legionibus opposuerunt, turpitérque uicti sunt, ac paucis exceptis, cæsi omnes, cùm illi quibusdam incantationibus & præstigijs usi essent. Eam cladem stella crinita præsignificauit, & corui, qui & supra & ante illos proficiscentes uolitabant, & tubicines, qui pro bellico nescio quem mœstum & lugubrem sonum ediderunt. Timotheo cuius suprà facta est mentio, post multas clades orthodoxis illatas, defuncto, Ioanni Cappadoci tradita est ecclesiæ gubernatio, quam per biennium tenuit. Obijt & Ariadna imperatrix. Traditum est, sub Anastasio simulacrum æneum Fortunæ urbanæ muliebri specie, quod alterum pedem in naui ante se posita, ænea & ipsa haberet, alicubi in urbe stetisse: cuius nauis uel uetustate corruptæ, uel per insidias contusæ, fragmenta quædam ablata fuerint. Ex eo naues onerarias Byzantium non amplius appulisse, sed cum propé accessissent, uiolentia uentorum repulsas esse, ac nisi longæ naues multis concitatæ remigibus sarcinas earum in urbem peruexissent, populum fortassis fame periturum fuisse. Quæ res cum ad tempus durasset, curæ fuit magistratibus, causáque mali à quodam solerti coniectura indagata, fragmentis nauis illius æneæ studiosé conquisitis, & in suum locum restitutis, expeditam nauigationem & mare nauigijs repletum fuisse. Vt autem certò scirent, illud appellendis nauibus obstitisse, denuo sublatis fragmentis, quæcunque naues tum appellerent, iterum ui uentorum reiectas fuisse. Ea re comperta, nauem illam, magno adhibito studio, esse renouatam. Anastasius paulò ante obitum, nunciatis sibi insidijs multos comprehenderat, atque inter alios Iustinum & Iustinianum, qui pòst rerum potiti sunt, atque in animo habebat eos occidere. Sed deterritus est somnio, cum uir terribilis ei astitisse uisus esset, ac dicere: Iustino & Iustiniano ne quid mali feceris. Nam uterque suo tempore Deo inseruiet. Illis igitur crimine læsæ maiestatis absolutis, denuo aliud uidisse somnium memoratur. Virum terribilem, qui librum manu gestans diceret: Ecce ob peruersitatem fidei tuæ, annos XIIII uitæ tuæ deleo. Et quia fatale sibi esse ex oraculo didicerat, ut fulmine interiret: Tholorum ædificium construxit, in eóque degit, sed frustra. Nam quum aliquando tonitrua horrendum in modum resonarent, & fulgura multa eliderentur, atque ipse perterritus è cœnaculo in cœnaculum descen-

Marginal notes (Greek): περὶ τῶν βουλγάρων ἧττης ῥωμαίων. — περὶ ἰωάννου πατριάρχου. — περὶ τοῦ τῆς τύχης τῆς πόλεως ἀγάλματος. — περὶ τῶν ὀνειράτων ἀναστασίου. — τελευτὴ τοῦ βασιλέως ἀναστασίου.

Marginal notes (Latin): Bulgarorũ in Illyrico uictoria. — Præsagia cladis comete, corui & tubæ. — Ioãnes Cappadox patriarcha Cõstantinopolitanus. — Nauis simulacrũ nauigantiũ præsidium. — Anastasij somnia de Iustino & Iustiniano, & de obitu suo præsagia.

descenderet, & alios atque alios thalamos subiret: in quodam regio cubiculo mortuus est inuentus. Vixit annos octogintaocto: regnauit uigintiseptem, & tres menses. Huius temporibus terræmotus horrendus fuit, ac Byzantij multis in locis ædificia corruerunt. Antiochia uerò penè tota collapsa est, ciuibus ruina oppressis. Idem Anastasius longum murum cõdidit à magno mari ad Selybriam usque pertinentem, ob Mysorum siue Bulgarorum & Scytharum incursiones, & statuam suam æneam in Tauri columna collocauit, cùm Theodosij Magni statua, quæ ibi erecta fuerat, concidisset. Et hic quidem uita sic acta, hoc modo est defunctus.

Terræmotus Byzantinus et Antiochenus.

Selybrianus murus.

Anastasij statua.

IMPERIVM IVSTINI THRACIS.

Imperator autem creatus est Iustinus Thrax, parentibus ortus ignobilibus & obscuris, atque ipse principiò operarius fuit aut armentarius & porcarius. Deinde animo ad rem militarem adiecto, tribunus & Comes factus est. Cum autem post Anastasij obitum, de imperatore deligendo deliberaretur: Amantius Eunuchus idemque præpositus, homo potens, Theocritiano, cuidam ex necessarijs suis, imperium tradere cupiens, pecuniam Iustino dedit, militibus distribuendam, ut illum Imperatorem salutarent. At ille pecunia distributa, suum negocium egit, & à populo & militibus ad imperij fastigium est euectus. Quod factum ægrè ferens Amantius, cum alijs claris uiris Iustino insidias struxit, ijsque cognitis unà cum Andrea cubiculario & Theocritiano occisus est. Is autẽ eodẽ tẽpore, quo Anastasius in somnis aliquot uitæ suæ annos è libro deleri uidisset, & ipse somniarat, se coram imperatore stantem, à magno quodam porco prostratum deuorari. Idem sancti Thomæ apostoli ædem struxit, unde Amantij ædes nominatur. Hic Iustinus quia de religione rectissimè sentiebat, Chalcedonense concilium coli ab omnibus, & sexcẽtos triginta sanctos patres, qui id celebrarant, in sacros omnium Ecclesiarum commentarios referri, edicto iussit. Vxorem Lupiciam, mutato eius nomine in Euphemiam, diademate ornauit, & Augustam appellauit. Vitalianus, qui sub Anastasio seditionem mouerat, huic familiarissimus fuit, & dux ab eo exercitus creatus, & consulatum adeptus est, magna præditus autoritate. Cùmque orthodoxus esset, Seuerum Antiochena sede pelli, & tolli iussit. Sed ille cum quibusdam suis assensotibus fuga in Ægyptum elapsus, illam quoque perturbauit, disputatione de corruptibili & incorruptibili introducta. In huius locũ suffectus est Paulus Eubulij hospitij præfectus. Omnes præterea, qui sub Anastasio per iniuriam pulsi fuerant, Iustinus reuocauit. Huius temporibus Cometa in oriente uisus, radijs deorsum uergentibus, quem Po-

Iustinus ex humili loco industria ad imperiũ euectus.

Amantij Andreæ et Theocritiani cædes.

Amantij fatidicũ somniũ et ædes.

Lupicia. Euphemia.

Seueri Antiocheni Paulus successor.

ὑπεισῄει. καὶ οὕτως ἔν τινι τῶν βασιλικῶν κοιτώνων, νεκρὸς εὑρέθη κείμενος τεθνεώς. ζήσας μὲν ἔτη ὀγδοήκοντα καὶ ὀκτώ, βασιλεύσας δ' ἐξ αὐτῶν εἰκοσιεπτὰ ἔτη, μῆνας τρεῖς. ἐν τοῖς χρόνοις τούτου γέγονε σεισμὸς φοβερώτατος, καὶ ἐν μὲν τῷ Βυζαντίῳ ἐν διαφόροις τόποις συμπτώματα συμβεβήκασιν, ἡ μεγάλη δ' Ἀντιόχεια χεδὸν ἅπασα κατεπτώθη, καὶ οἱ ταύτης οἰκήτορες τοῖς συμπτώμασι κατεχώσθησαν. οὗτος ὁ Ἀναστάσιος ἔκτισε τὸ μακρὸν λεγόμενον τεῖχος ἀπὸ τῆς μεγάλης θαλάσσης, διῆκον ἄχρι τῆς Σηλυβρίας, διὰ τὰς ἐφόδους τῶν Μυσῶν ἢ Βουλγάρων καὶ τῶν Σκυθῶν. ἔστησε δὲ καὶ στήλην εἰκόνα ἐν τῷ τοῦ Ταύρου κίονι χαλκῆν, τῆς πρώην ἐν αὐτῷ ἱσταμένης πεσούσης, ἣ τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου ἐτύγχανε. καὶ ὁ μὲν οὕτω βασιλεύσας, οὕτω κατέλυσε τὴν ζωήν.

ὅτι ὁ ἀναστάσιος ἔκτισεν τὸ μακρὸν τεῖχος.

ΒΑΣΙΛΕΙΑ ΤΟΥ
θρᾳκὸς ἰουστίνου.

Ἀνηγορεύθη δὲ βασιλεὺς ἰουστῖνος ὁ θρᾷξ, γένους μὲν ὑπάρχων ἀσήμου καὶ ἀφανοῦς, αὐτὸς τὸ πρότερον αὐτουργὸς ἢ βουκόλος τυγχάνων καὶ συφορβός. εἶτα εἰς τὴν μετατεταγμένος στρατιωτικήν, καὶ μέχρι ταγματαρχίας ἔφθασε, καὶ κόμης γενόμενος. μετὰ δέ γε τὴν τελευτὴν ἀναστασίου, βουλῆς γινομένης περὶ χειροτονίας βασιλέως, ὁ εὐνοῦχος ἀμάντιος, ὃς καὶ πραιπόσιτος ἦν, καὶ μέγα ἐδύνατο, θέλων θεοκριτιανόν τινὰ οἰκεῖον ὄντα αὐτῷ βασιλεῦσαι, χρήματα τῷ ἰουστίνῳ παρέσχε διανεμεῖν τοῖς στρατιώταις, ἵν' ἐκεῖνον ἕλωνται βασιλέα. ὁ δὲ τὰ χρήματα διανέμας, ἑαυτῷ τὴν βασιλείαν περιεποιήσατο, καὶ παρὰ τοῦ δήμου καὶ τῶν στρατιωτῶν εἰς τὴν αὐταρχίαν ἀνήχθη περιφανῶς. ἀμάντιος δὲ ἐν δεινῷ πεποίητο τοῦ ἰουστίνου τὸ σόφισμα, καὶ αὐτῷ ἐπιβουλεύει σὺν ἑτέροις τῶν ἐπιφανεστέρων, ὃν γνωσθέντα ὁ ἰουστῖνος ἀνεῖλε σὺν ἀνδρέᾳ τῷ κουβικουλαρίῳ, καὶ τῷ θεοκριτιανῷ. οὗτος ὁ ἀμάντιος, ὅτε ἀναστάσιος καθ' ὕπνους ἐθεάσατο τὸν ἄνδρα τὸν τόμον φέροντα, καὶ ἐκαλείψαντά τινας τῶν τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνων, ὄναρ εἶδεν ὅτι ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως ἱσταμένῳ αὐτῷ χοῖρος ἐπῆλθε μέγας, καὶ ὡς γῆν κατέβρωξεν αὐτόν, καὶ ἀνῳκοδόμησεν οὗτος τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου ἀποστόλου θωμᾶ ἐδομήσατο. διὸ καὶ τὴν κλῆσιν ἐκεῖνος σώζει τοῦ ἀμαντίου καλούμενος. ὀρθοδοξότατος δ' ὢν ἰουστῖνος, δόγμα ἐξέθετο, τὴν ἐν χαλκηδόνι πάντας σέβειν σύνοδον, καὶ τοὺς αὐτὴν συγκροτήσαντας ἑξακοσίους τριάκοντα ἁγίους πατέρας, τοῖς ἱεροῖς ἐγγραφῆναι διπτύχοις πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν. γαμετὴν δ' ἔχων λουπικίαν, ἔστεψεν αὐτὴν καὶ αὐγούσταν ἀνηγόρευσεν, εὐφημίαν μετονομάσας. τούτῳ βιταλιανός, ὃς ἐστασίασεν ἐπὶ ἀναστασίου, πάνυ ᾠκείωτο, καὶ στρατηλάτης προεχειρίσθη, ἀλλὰ μὴν καὶ ὑπάτευσε, καὶ μέγα παρὰ τῷ ἰουστίνῳ ἐδύνατο, ὀρθόδοξος δ' ὤν, τὸν σευῆρον ἐκδιωχθῆναι τοῦ θρόνου τῆς ἀντιοχείας καὶ ἀναιρεθῆναι προσέταξεν. ὁ γνοὺς ἐκεῖνος ἀπέδρα εἰς αἴγυπτον μεθ' ἑτέρων ὁμογνωμόνων, καὶ ταύτην ἐτάραξεν, τὸν περὶ φθαρτοῦ καὶ ἀφθάρτου λόγον εἰσαγαγόντων. σευήρου δὲ διαδράντος, παῦλος ὁ ξενοδόχος τῶν εὐβούλου, ἀντιοχείας προεχειρίσθη ἐπίσκοπος, καὶ πάντας δὲ τοὺς ἄλλους ἐξορίαν ὑποστάντας ἐπὶ ἀναστασίου ὁ ἰουστῖνος κατήγαγεν. ἐν τοῖς τούτου χρόνοις, ἀστὴρ ἐφάνη κομήτης ἐν τῇ ἀνατολῇ, κάτω τὰς ἀκτῖνας ἀφιεὶς ὃν πωγωνίαν

πῶς ὁ ἰουστῖνος εἰς τὴν βασιλείαν ἀνήχθη.

ὅτι ἀνῃρέθη ὁ εὐνοῦχος ἀμάντιος.

ὅτι τὴν ἐν χαλκηδόνι σύνοδον ἐκύρωσεν ἰουστῖνος καὶ τὴν γαμετὴν ἔστεψεν καὶ περὶ βιταλιανοῦ.

περὶ τοῦ ἀντιοχείας σευήρου καὶ τοῦ μετ' αὐτὸν ἀρχιερατεύσαντος παύλου.

πωγωνίαν οἱ μετεωρολόγοι τοῦτόν φασι. καὶ ὁ Βιταλιανὸς ἐδολοφονήθη παρὰ τῶν Βυζαντίων μηνιόντων αὐτῷ, ὡς πολλοὺς ἀνελόντι ὅτε ἐπανέστη κατὰ Ἀναστασίου. οἱ δὲ προστάξει τοῦ βασιλέως Ἰουστίνου καὶ τοῦ Ἰουστινιανοῦ φασιν ἀναιρεθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ παλατίῳ, θέλοντα καὶ αὐτὸν τοὺς κρατοῦντας κατάρχειν. στρατηλάτης δὲ τῶν στρατευμάτων Ἰουστινιανὸς προεχειρίσθη. Ἰωάννου δὲ τοῦ Καππαδόκου θανόντος, ὃς πατριάρχης ἦν Κωνσταντινουπόλεως, ἐχειροτονήθη Ἐπιφάνιος τῆς ἐκκλησίας ταύτης πρεσβύτερος. καὶ Ὁρμίσδα τοῦ πάπα Ῥώμης μεταλλαχότος τὸν βίον, Ἰωάννης τὸν τῆς ἐκκλησίας Ῥωμαίων διεδέξατο. ἔχθρας δὲ Ῥωμαίοις πρὸς Πέρσας οὔσης, ὁ βασιλεὺς Ἰουστῖνος πρὸς τὸν ῥῆγα τῶν Οὔννων ἔστειλε πρέσβεις καὶ δῶρα, συμμαχίαν αὐτῶν κατὰ Περσῶν. καὶ ὃς συνετέθη. καὶ τοῦ Περσῶν δὲ βασιλέως Κωάδου τὸν αὐτὸν ῥῆγα περὶ συμμαχίας ἀξιώσαντος, ἐκεῖνος συμμαχῆσαι αὐτῷ ἐπηγγείλατο. καὶ ἀπῆλθε πρὸς Πέρσας μετὰ λαοῦ, κατὰ Ῥωμαίων ἀντιταξόμενος. ὁ μέντοι βασιλεὺς Ἰουστῖνος περὶ εἰρήνης πρεσβείαν στείλας πρὸς τὸν Περσῶν βασιλέα, μὴ πιστεύειν τοῖς Οὔννοις αὐτῷ ἔγραψεν, ὡς ὅρκους μετὰ Ῥωμαίων περὶ συμμαχίας ποιησαμένοις, καὶ χρήματα λαβοῦσι πολλά, καὶ βουλομένοις προδοῦναι αὐτοὺς ἐν πολέμου καιρῷ. ὁ δὲ Κωάδης εἰ χρήματα παρὰ Ῥωμαίων εἴληφεν ἤρετο τὸν ῥῆγα. τοῦ δὲ καταθεμένου, ἀληθεύειν τὸν Ἰουστῖνον ὑπέλαβε, καὶ αὐτίκα τὸν μὲν ἀνεῖλεν, καὶ τοὺς Οὔννους σχεδὸν ἅπαντας, εἰ μή τινες ὀλίγοι διαδράντες ἐσώθησαν. τοῖς δὲ Ῥωμαίοις ἐσπείσατο, καὶ τὸν Ἰουστῖνον ἐπίτροπον Χοσρόου τοῦ νεωτέρου τῶν υἱῶν αὐτοῦ ἐποιήσατο. τούτῳ γὰρ τὴν τῶν Περσῶν κατέλιμπανε βασιλείαν, τοὺς πρεσβυτέρους παραβλεπόμενος. ὁ δὲ βασιλεὺς τὴν ἐπιτροπὴν παρῃτήσατο. ὁ μέντοι Λαζῶν ἀρχηγὸς Τζάθος, ἀποστατήσας Περσῶν προσέφυγεν ἐπὶ Βυζάντιον, καὶ βαπτισθείς, υἱός τε τοῦ βασιλέως ὀνομασθείς, καὶ βασιλεὺς Λαζῶν ἀναγορευθείς, γυναικί τε συζευχθεὶς τινὸς τῶν συγκλητικῶν θυγατρί, εἰς τὴν ἑαυτοῦ χώραν ἐπανελήλυθε. τοῦτο αἴτιον αὖθις μάχης Ῥωμαίοις καὶ Πέρσαις ἐγένετο, ὡς τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων τοὺς αὐτοῖς ὑπείκοντας σφετεριζομένου. τότε καὶ τὰ κατὰ τὸν ἅγιον Ἀρέθαν ἐν Νεγρᾷ τῇ πόλει συμβέβηκε. Κωάδης δὲ τοὺς ἐν τῇ αὐτοῦ ἀρχῇ τυγχάνοντας Μανιχαίους ἐφόνευσεν ἅπαντας, καὶ τὸν αὐτῶν ἐπίσκοπον, καὶ τὰς βίβλους κατέκαυσεν, ὅτι ἕνα τῶν υἱῶν αὐτοῦ τὴν μυσαρὰν αὐτῶν διδάξαντες αἵρεσιν, τὰ αὐτῶν φρονεῖν παρεσκευάκασιν. ἡ δὲ πόλις Ἀνάζαρβος ἢ Ἀναζαρβὰ τῆς δευτέρας Κιλικίας οὖσα μητρόπολις, τότε ὑπὸ σεισμοῦ συνεπτώθη. καὶ ἡ Ἔδεσσα πόλις οὖσα περιφανὴς τῆς Ὀσροηνῶν ἐπαρχίας, κατεκλύσθη, τοῦ μέσον αὐτῆς ῥέοντος ποταμοῦ πλημμυρήσαντος Σκιρτοῦ καλουμένου, καὶ τούς τε τῆς πόλεως οἴκους καταβαλόντος καὶ παρασύραντος, καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς οἰκοῦντας, οὓς μὲν συγχώσαντος τοῖς συμπτώμασιν, οὓς δὲ καταποντίσαντος. μεθ' ἡμέρας δὲ τοῦ ὕδατος ἐλαττωθέντος, εὑρέθη ἐν τῇ ὄχθῃ τοῦ ποταμοῦ πλὰξ λιθίνη ἐν ἱερογλυφικοῖς γράμμασιν αὐτῇ ἐγκεκολαμμένοις λέγουσα ταῦτα. Σκιρτὸς ποταμὸς σκιρτήσει κακὰ σκιρτήματα πολίταις. καὶ τῆς Πομπηϊουπόλεως τὸ ἥμισυ κατεπτώθη, μέσον ῥαγείσης τῆς πόλεως, καὶ τῶν ἀνθρώπων πολλοὶ ἐν τῷ χάσματι ἔτι ζῶντες ἀπώλοντο, καὶ οὐδεὶς ἠδύνατο ἀνελκύσαι αὐτούς. καὶ γυνή τις ἐκ Κιλικίας τότε ἐγένετο γιγαντώδης, κατά τε τὴν ἀναδρομὴν τοῦ σώματος, καὶ τὴν λοιπὴν διάρθρωσιν. παντὸς γὰρ ἀν-

Margin: περὶ πατριαρχῶν. — ὅτι ἐπίτροπος τοῦ υἱοῦ τοῦ Πέρσου Ἰουστῖνος. — ὅτι αὖθις μάχη μέσον Ῥωμαίων καὶ Περσῶν γίγνεται. — περὶ Μανιχαίων. — περὶ Ἀναζάρβου καὶ Ἐδέσσης καὶ Πομπηϊουπόλεως. — περὶ γυναικὸς γιγαντώδους.

goniam, quasi barbatum dicas, Meteorologici uocant, & Vitalianus à Byzantijs dolo cæsus est, iratis ei ob multorum cædem ab eo factam, cum cõtra Anastasium seditionem mouisset. Alij Iustini & Iustiniani iussu in palatio cæsum tradunt, cum ipsi imperatori uellet imperare, & Iustinianus præfectus est legionibus Ioanne Cappadoce patriarcha Constantinopolitano mortuo, surrogatus est Epiphanius, illius ecclesiæ presbyter: Hormisda item Papa Romano defuncto, Ioannes Romanæ ecclesiæ gubernacula suscepit. Cum autem Romanis inimicitiæ cum Persis intercederent, Iustinus missis legatis cum muneribus ad Regem Hunnorum, societatem eius ambiuit. Assensus est Barbarus, sed & Quado Persarum Regi suam operam petenti obtulit, ad eumque profectus est Romanos oppugnaturus. Enimuerò Iustinus imperator, missis de pace legatis, per literas Persam monuit, ne Hunnis fideret, qui societate cum Romanis iureiurando sancita, magnaque pecunia accepta, illos tempore belli prodituri essent. Quadus, cum Rex interrogatus se pecuniam à Romanis accepisse confessus esset, Iustinum uera scripsisse ratus, hominẽ sustulit, & Hunnos ferè omnes, paucis fuga elapsis, & cum Romanis pacem, Iustinumque Chosroæ filij sui natu minimi tutorem fecit. Nam illi regnum Persicum destinarat, despectis filijs natu maioribus. Verùm Imperator tutelam recusauit. Lazorũ quoque dux Tzathus defecit à Persis, & ad Iustinum se contulit, & pro imperatoris filio baptizatus, & Rex Lazorum salutatus, ducta uxore senatoris cuiusdam filia, in suam prouinciam redijt. Quæ res dissidij inter Persas & Romanos denuò causa extitit, quòd Romanorum Imperator illorum subditos ad se pelliceret. Tunc ea etiam in urbe Negra acciderunt, quæ de S. Aretha narrantur. Quadus uerò Manichæos suæ ditionis omnes occidit, eorumque episcopum, & libros combussit, quòd unum ex filijs suis, in detestãdam illam hæresim pellexissent. Tum etiam Anabarzos seu Anabarza, secundę Ciliciæ metropolis terræmotu concidit, & Edessa urbs illustris Osroënæ prouincię submersa est, cũ Scirtus fluuius, qui eã mediã perfluit, exũdasset, & urbis ędificia deiecisset, atque auxisset, & ciues partim ruina, partim undis oppressisset. Aliquot dieb' elapsis, aqua imminuta, lapidea tabula in ripa fluminis est reperta, cui notis hieroglyphicis insculptũ erat; Scirt' fluuius (habet autẽ à saltando nomen, quasi saltatorem dicas) malè saltabit ciuibus. Concidit & semissis Pompeiopolis, urbe media dehiscente, in eoque hiatu multi mortales uiuentes adhuc perierunt, cum opem, nemo ferre posset. Tum etiam mulier quædam è Cilicia instar gigantis fuit, cùm proceritate corporis, tum aliorum membrorũ proportione. Nam

Margin: Pogoniat. — Vitaliani cædes. — Successio episcoporũ. — Hunni ob perfidiam à Quado Persarum Rege cæsi. — Tzathus Lazorum dux. — Manichæorum cædes. — Anabarzæ ruina. — Edessæ submersio. — Pompeiopolis ruina. — Mulier Gigantea in Cilicia nata.

ſupra quamuis proceros uiros integrum cubitum eminebat, pectore & humeris ſupra modum latis, cum & cætera omnia, ut uox & facies, brachiorum & cubitorũ firmitas ac magnitudo, & digitorum craſsitudo & reliqua longitudini & latitudini reſponderent. Iuſtiniano poſt Vitaliani cædẽ duce creato, rerum omnium adminiſtratio incumbebat. Cum autem principes aliquando Imperatorem orarent, ut illũ collegam aſciſceret, purpura prehenſa, Vobis, inquit, optandum eſt, ne hanc iunior aliquis induat. Ac tum quidem preces eorum ſic eluſit. Illi uerò paruo tempore interiecto, Nobiliſsimi titulũ Iuſtiniano decreuerunt, & ab imperatore impetrarunt, ut id decretum ſuis literis comprobaret. Neq; multò pòſt in ualetudinem incidit ex uulnere cruris, morboq; in ſpe uitę dubia inualeſcẽte, patriarcha Epiphanio & primoribus aduocatis, Iuſtinianum nepotem Imperatorem decernit, & ſuis manibus eius capiti diadema imponit. Cumq; populus in equeſtre theatrũ conueniſſet, Iuſtinianus coronatus ingreditur, & ab omnibus fauſtis acclamationibus exceptus, in regiam reuertitur, annos XLV natus eo tempore. Statim etiam uxor eius Theodora eſt Auguſta appellata, neq; multò pòſt Iuſtinus in uiuis eſſe deſijt, cùm annos IX & dies XX regnaſſet.

Iuſtinianus imperator creatur.

IMPERIVM IVSTINIANI.

IVſtiniano principatum adepto, non unius, ſed duorum poteſtas fuit, cum uxor eius non minus ipſo, ac potius plus poſſet. Fuit hic imperator aditu facilimus, ad pœnam irrogãdam æquè promptus atq; ad crimina audienda: pecuniam & temerè profudit, & per fas ac nefas comparauit, aliam in ædificia, aliam ad exequenda cõſilia ſua, aliam in rem bellicam & contentiones eorum, qui uoluntati ipſius aduerſabantur, inſumendo. Ita factũ, ut cum pecunia ſemper egeret, eam rationibus parum honeſtis cõpararet, ac gratiã haberet ijs, qui colligendi argenti uias oſtenderent. Neq; uerò ille ſic affectus erat, imperatrix uerò illi ſiue licentia, ſiue quouis modo faciendę pecuniæ ſolertia cedebat. Sed & maritum longo interuallo potẽtia ſuperabat, & nouos eosq; uarios quæſtus ingenioſiſsimè reperiebat. Hinc ſubditi gemino onere premebantur. Nam & annua tributa exaggerabantur, & noua excogitabantur. Alij, ut perperàm de religione ſentientes, mulctabantur: alij ut immodeſtè & petulanter uiuentes opibus priuabantur: alij ob contentiones inter ſeſe, alij denique alijs de cauſis. quę omnes breuiter recenſeri nequeunt. Quinto anno imperij eius, Cometa eſt conſpectus, qui ob radios ſurſum inſtar facis porrectos Lampadias dicebatur, & per dies XX fulſit. Cũ Perſis inducię factę,

Iuſtiniani rapacitas.

Theodoræ auaricia.

Lãpadias.

μήκους ἀνδρὸς, ὅλῳ πήχει ὅλον ὑπερανίστατο. εὐρὺς δὲ τοὺς ὤμους καὶ τὰ στέρνα ἐπιπολύ. καὶ τ' ἄλλα δ' εἶχε τῷ μήκει τε καὶ τῷ πλάτει ἀνάλογα. τό τ' ἄλλο λέγω καὶ τὴν φωνὴν, τῶν τε βραχιόνων καὶ τῶν πήχεων τὴν στεῤῥότητα, καὶ τὸ μέγεθος, καὶ τὸ τῶν δακτύλων ἁδρὸν, καὶ ὅσα τούτοις ἑπόμενα. ἰουστινιανοῦ δὲ στρατηλάτου, ὡς εἴρηται, μετὰ θάνατον Βιταλιανοῦ προβληθέντος, ἐκείνῳ ἀνέκειτο ἡ πᾶσα διοίκησις. καί ποτε τῶν τὰς ἡγεμονίας ἐχόντων δεομένων τοῦ βασιλέως κοινωνὸν τῆς βασιλείας ἑλέσθαι τὸν στρατηλάτην, ἐκεῖνος τῆς ἁλουργίδος ἀψάμενος, δι' εὐχῆς ὑμῖν ἔστω φησὶ μὴ νεώτερον ταύτην περιβαλέσθαι. καὶ τότε μὲν οὕτω τὴν ἐκείνων δέησιν διεκρούσατο, οἱ δ' αὖθις μετ' οὐ πολὺ ψήφισμα ἔθεντο, τὴν τοῦ νωβελισσίμου ἀξίαν τῷ ἰουστινιανῷ ἐπιψηφιζόμενοι, καὶ τὸν βασιλέα ἠξίουν κυρῶσαι τὸ ψήφισμα. καὶ ὃς εἴξας, γράμμασιν οἰκείοις τοῦτο ἐκύρωσε. τραύματος δέ οἱ γενομένου περὶ τὴν κνήμην, κλινήρης ἦν. ὡς δ' ἡ νόσος ἐκράτει αὐτοῦ, καὶ ἀμφίβολον ἦν αὐτῷ τὸ βιώσιμον, μετακαλεῖται τὸν πατριάρχην ἐπιφάνιον, μεταπέμπεται δὲ καὶ τοὺς ἐν τέλει, καὶ βασιλέα τὸν ἀδελφιδοῦν ἰουστινιανὸν ἀνακηρύσσει αὐτὸς, τῇ ἐκείνου κεφαλῇ περιθεὶς τὸ διάδημα. καὶ εἰς τὸ τῆς ἱππηλασίας θέατρον τοῦ δήμου τῆς πόλεως ἀθροισθέντος, ἔξεισι πρὸς αὐτοὺς ἐστεμμένος ὁ ἰουστινιανὸς, καὶ παρὰ πάντων εὐφημηθεὶς, ἐπανῆκεν εἰς τὰ βασίλεια, τεσσαρακοστὸν καὶ πέμπτον τότε τυγχάνων ἐνιαυτόν. αὐτίκα δὲ καὶ ἡ γαμετὴ αὐτοῦ θεοδώρα ἀνεῤῥήθη αὐγοῦστα, καὶ μετ' ὀλίγον τὸν ἰουστῖνον ἐπέλιπε τὸ βιώσιμον, βασιλεύσαντι ἐννέα ἔτη, ἐφ' ἡμέρας εἴκοσι.

ὅτι στρατηλάτης ὁ ἰουστινιανὸς προεβλήθη.

ὅτι ἰουστῖνος ἰουστινιανὸν βασιλέα ἀνηγόρευσε.

στεφανοῦται ἰουστινιανός.

ΒΑΣΙΛΕΙΑ ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΥ.

ΑΡξαντος δὲ ἰουστινιανοῦ, οὐκ εἰς μοναρχίαν ἡ βασιλεία κατέστη, ἀλλ' εἰς δυάδα τὸ κράτος μεμέριστο. οὐδὲν γὰρ ἧττον τοῦ κρατοῦντος ἡ ὁμόζυξ, μᾶλλον ἢ κοινωνὸς αὐτῷ τοῦ βίου ἐδύνατο. ἦν δὲ οὗτος ὁ βασιλεὺς ῥᾶστος μὲν πρὸς ἔντευξιν, καὶ ἀναπεπταμένας εἶχε τὰς ἀκοὰς πρὸς διαβολὰς, ὀξὺς δὲ πρὸς ἄμυναν, ἀφειδὴς πρὸς χρημάτων ἐξάντλησιν, καὶ πρὸς συλλογὴν αὐτῶν ἀφειδέστερος. τὰ μὲν γὰρ ἀνήλισκεν εἰς οἰκοδομὰς, τὰ δ' ἵν' αὐτῷ κατορθοῖντο ὅσα οἱ ἐτύγχανε πρὸς βουλὰς. τὰ δὲ εἰς πολέμους, καὶ τὰς πρὸς τοὺς ἀνθισταμένους ταῖς αὐτοῦ βουλήσεσιν ἔριδας. ὅθεν ἀεὶ χρημάτων δεόμενος, ἐξελέγετο τοὺς ἐκ τρόπων οὐκ εὐαγῶν, καὶ χάριτας ᾔδει τοῖς προφάσεις αὐτῷ τοῦ ἀργυρολογεῖν ἐφευρίσκουσι. καὶ οὐχ ὁ μὲν οὕτω διέκειτο, ἡ δὲ βασιλὶς ἠλάττωτο κατά τι τοῦ αὐτοκράτορος ἢ πρὸς ἐξουσίαν, ἢ πρὸς χρημάτων κτῆσιν ἐκ τρόπου παντός. ἐδυνάστευε μὲν γὰρ πολλῷ τῷ μέσῳ τοῦ ξυνευνέτου ἐπέκεινα. ἦν δὲ καὶ πορισμάτων πρὸς εὕρεσιν καινοτόμων καὶ πολυτρόπων ἐπινοιῶν. ἐντεῦθεν τοῖς ὑπηκόοις διχόθεν αἱ συμφοραί. οἵ τε γὰρ ἐτήσιοι δασμοὶ ηὐξάνοντο μείζους, καὶ καινοὶ προσεπινοοῦντο. καὶ οἱ μὲν ὡς μὴ τὰ εὐσεβῆ εἰς τὸ θεῖον δόξαν ὀρθῶς διακείμενοι, οἱ δὲ ὡς ἀκολάστως βιοῦντες ἢ ἀσελγῶς, ἐκολάζοντο, καὶ τὰς περιουσίας ἀφῃροῦντο. οἱ δὲ διὰ τὰς πρὸς ἀλλήλους διαφορὰς, καὶ ἄλλοι δι' ἄλλων τρόπων, καὶ ἕτεροι δι' ἑτέρων. πάντας γὰρ ἀπαριθμεῖν, μακρᾶς ἂν δέοιτο συγγραφῆς. κατὰ δὲ τὸ πέμπτον ἔτος τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ἀστὴρ ὤφθη φαῦσις κομήτης, ὃς λαμπαδίας ὠνόμασται, ὡς ἄνω τὰς ἀκτῖνας ἔχων, ὃς ἐφ' ἡμέρας φαίνων διήρκεσεν εἴκοσιν. ἐγένοντο δὲ καὶ πρὸς τοὺς πέρσας σπονδαὶ

περὶ κομήτου.

ἀσυνδίας, καὶ τὰ μὲν περὶ τὴν ἑῴαν ἐκ τῶν πολεμίων εἰρήνευον, τὴν δὲ πόλιν κατέτρεχον ἐμφύλιοι πόλεμοι, καὶ τὸ κάλλος αὐτῆς καὶ τὴν ἀγλαΐαν, ὅσον περιελέλειπτο ἀπὸ τοῦ ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ Λέοντος γεγονότος ἐμπρησμοῦ διεφθάρκασι. μίσους γὰρ ἐμφύτου τοῖς δήμοις κατά τε τοῦ αὐτοκράτορος καὶ τῆς βασιλίσσης, δι᾽ ἃς εἴπομεν αἰτίας, ὁμονοήσαντες ἄμφω τὰ μέρη, τό τε βένετον καὶ τὸ πράσινον, καίτοι ἀεὶ ἀλλήλοις ἐναντιούμενα, καὶ στάσεως ἤρξαντο. ὁ δέ γε κρατῶν, μοῖράν τινα βαρβάρων τῶν καλουμένων αἰλούρων, αὐτοῖς ἐπαφεὶς, στῆσαι τὴν στάσιν οὕτως ἐπικεχείρηκεν. ἡ δ᾽ ηὔξητο μᾶλλον. μάχης γὰρ συρραγείσης μέσον τῶν δήμων καὶ τῶν βαρβάρων κατὰ τὸ λεγόμενον μίλιον, καὶ πεσόντων πολλῶν ἑκατέρωθεν, οἱ τῆς ἐκκλησίας καταπαῦσαι τὴν στάσιν καὶ τὸν πόλεμον ἐθέλοντες, τὰς πανάγνους τῶν θείων εὐαγγελίων βίβλους αἰρόμενοι καὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν σεβάσμια ἐκτυπώματα, ὡς μέσους τοὺς μαχομένους εἰσῆλθον, οἰόμενοι, αἰδεσθέντας ἐκείνους τὰ ἅγια, καταθέσθαι τὰ ὅπλα, καὶ ἀποσχέσθαι τοῦ μάχεσθαι, ἀλλ᾽ οἱ βάρβαροι τῶν ἁγίων φροντίσαντες οὐδ᾽ ὁπωστιοῦν, τούς τε δήμους συνέκοπτον, καὶ οὐδὲ τῶν ἱερῶν τῶν ταῦτα φερόντων ἐφείδοντο. τοῦτο τοῖς τῆς πόλεως ἀνερεθισμὸν τῆς στάσεως γέγονε, καὶ ὥσπερ αὐτῷ τῷ θείῳ ἐμπαροινουμένῳ ἀμυνόμενοι, ὡς ἀπονοίας ἐξήφθησαν πλέονα, καὶ οὐκ ἄνδρες μόνον, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες ἐκ τῶν ὑπερῴων ἐμάχοντο, λίθοις καὶ κεράμοις καὶ παντὶ τῷ προστυχόντι βάλλοντες ἄνωθεν τὴν βαρβαρικὴν ἐκείνην πληθύν. οἱ δὲ μανίᾳ ληφθέντες καὶ ἀμύνασθαι τὰ γύναια θέλοντες, πῦρ ἐνίεσι τοῖς οἴκοις, ἐξ ὧνπερ ἐβάλλοντο. πνεύματος δὲ σφοδροῦ πνέοντος τηνικαῦτα, ἡ φλὸξ ἦρτο ταχέως ἀέριος, καὶ πολλὰς μεγίστας τε καὶ καλλίστας οἰκοδομὰς κατηθάλωσε, καὶ ἀγάλματα κατέφλεξεν ἀρχαίων ἀνδρῶν ὀνομαζομένων ἐπὶ σοφίᾳ καὶ ἐπ᾽ ἀνδρείᾳ, καὶ τοῖς διὰ χειρῶν καὶ συνέσεως ἐκλελαμπότων ἀνδραγαθήμασι, καὶ ἤδη πᾶσιν αὐτὸ τὸ θεῖον τέμενος τοῦ μεγάλου ναοῦ, ὃν ὁ βασιλεὺς Κωνστάντιος ἐδομήσατο, καὶ τὸ τῆς ἁγίας εἰρήνης. καὶ τὸν τοῦ Εὐβούλου ξενῶνα, καὶ τὴν τοῦ παλατίου χαλκόστεγον, ἣ τανῦν καλουμένη χαλκῆ, καὶ εἰς εἱρκτὴν χρηματίζουσα, καὶ τὸ Σεβήρου λουτρὸν τὸ λεγόμενον Ζεύξιππον, καὶ ἄλλα πολλὰ κόσμον καὶ θαῦμα τῇ πόλει καὶ τῇ βασιλείᾳ πρὶν ποιούμενα. τότε τοίνυν ὁ βασιλεὺς ἑτέρως καταστορέσαι τὴν στάσιν διενοεῖτο. καὶ ἀνελθὼν εἰς τὸ θέατρον, διαλεχθῆναι τοῖς δήμοις ἐβούλετο, καὶ πέμψας, ἐκεῖ τὸ δημοτικὸν μετεστείλατο. τὸ δ᾽ οὐκ ἠνέσχετο προσελθεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀλλήλοις παρεκελεύοντο φυλάξασθαι τὸ ἱππήλατον θέατρον, ἵνα μὴ ὡς ἐν εἱρκτῇ συγκλεισθεῖεν αὐτῷ, καὶ τοῦ θυμοῦ τῶν κρατούντων γένωνται παρανάλωμα. εἶτ᾽ ἐλθόντες εἰς τὴν ἀγορὰν διαθέοντες, ἕτερον βασιλέα ἑαυτοῖς ἐβουλεύσαντο προχειρίσασθαι, καί τινα συγγενῆ τοῦ βασιλέως Ἀναστασίου περισχόντες Ὑπάτιον, τῇ μὲν ἄκοντα, τῇ δὲ καὶ πεπεισμένον, εἰς τὸν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου φόρον ἀπάγουσι, καὶ ἐπ᾽ ἀσπίδος αὐτὸν μετάρσιον ἄραντες, ἀναγορεύουσι βασιλέα, καὶ τὸ τῶν ἵππων ἐκεῖθεν ἁμιλλητήριον καταλαμβάνουσι θέατρον, εὐφημοῦντες αὐτὸν, καὶ πορφυρίδα ἐζήτουν καὶ στέφος. ἐν τούτοις τῶν δήμων ἀσχολουμένων, ἴσχυσαν οἱ περὶ τὸν βασιλέα πλείστων χρημάτων διανομαῖς ὑποσύραι τῶν Βενέτων πολλοὺς, καὶ οὕτως τὴν τῶν δήμων ὁμόνοιαν διασπάσαντες, χωρῆσαι κατ᾽ ἀλλήλων αὐτοὺς πεποιήκασι,

περὶ τῆς γενομένης στάσεως τῶν δήμων.

ὅτι ὑπάτιόν τινα συγγενῆ τοῦ βασιλέως ἀναστασίου οἱ δῆμοι ἀνηγόρευσαν.

Verum orientalibus prouincijs pacatis, bella intestina urbem uexarunt, eiusq; pulchritudinem & elegantiam ex incẽdio sub Leone orto reliquam cõsumpserunt. Nam concepto ijs de caussis, quas exposui, tã imperatoris quàm uxoris eius odio, populi inter sese consenserũt, tam Venetæ q̃ Prasinæ factionis, quanq; aliàs dissidere soliti, seditionẽq; mouerũt. Ad quã cõprimendã parte Barbarorũ Heruli ab imperatore immissa, q̃ Heluri nominãt, ea magis etiã cõmota est. Pugna etenim inter ciues & Barbaros cõmissa, in loco q̃ Miliũ dicit̃, & multis utrinq; cadentib⁹: Ecclesiastici bellũ & seditionem sedare cupientes, cum sacratissimis diuinorum Euangeliorum codicibus, & seruatoris nostri uenerãdis imaginibus, in medium agmen præliantium penetrarunt, rati, eos uerecundia sacrarum rerum, positis armis pugnam omissuros. Sed Barbari illis planè despectis, populum trucidabãt, neq; sacris neq; baiules eorum parcentes. Id urbanæ multitudini uelut incentiuum seditionis fuit, ut tanquam numinis ulturi iniuriam, maiori desperatione inflammarentur: neq; uiri solum, sed mulieres etiam è cœnaculis pugnarẽt, lapides & testas & quicquid obuium erat, in barbaricam illam multitudinem, supernè iaculantes. At illi furore perciti, ulturiq; mulieres, ignem inijciunt ædibus unde feriebantur: cuius flamma, uehementi tum spirante uento, mox in sublime elata multa maxima pulcherrimaq; ędificia in cineres redegit, & simulacra combussit ueterum uirorum, ob sapientiam & fortitudinem, & res manu consilioq; bene gestas illustrium: ac præter cætera, insigne & ingens templum, ab Imperatore Constantio structũ, & D. Irenæ ædem, ac Eubuli hospitalem domum, & Palatij Chalcostegum, quæ nunc Chalce appellatur (ab æreo tecto nomen id factum est) & carceris usum præbet, & Seueri balneas, quæ Zeuxippi nomen habent, aliaq; multa quæ urbi atq; imperio ornamenta & admirationẽ attulerũt. Tũc igitur Imperator aliud consilium cœpit cõprimendæ seditionis, & in theatrum ꝓgressus, uerba facere ad populũ instituit, eoq; populũ per nuncios conuocauit. Is uerò adeò non obtemperauit, ut alij alios monerent, cauendum esse equestre theatrũ, ne in eo tanq̃ carcere inclusi, eorũ qui rerũ potirẽtur iracundiã suo interitu explerent. Deinde in foro discursantes, de alio Imperatore creãdo deliberarũt, & quendã Imperatoris Anastasij cognatũ Hypatiũ nacti, partim inuitũ, partim etiã persuasũ, in Magni Cõstantini forũ adducũt, atq; clypeo in sublime elatũ, imperatorẽ consalutãt, & occupato curriculi equestris theatro, faustis ominib⁹ ꝓsequũtur, purpurã quærẽtes & coronã populis his reb⁹ occupãtes, Imperator magnis largitionibus multos Venetorũ in suas partes pellexit direptaq; concordia, eos inter sese concitauit.

Cõstantinopolitana seditio, in qua ciuiũ ad XL millia cæsa.

Heruli Barbari.

Sacerdotes seditionem composituri cæsi.

Incendium seditioni cõiunctum.

Hypatij & Pompeij cædes.

Venetis largitionibus corruptis populi motus non sine multo sanguine sedatur.

Quo facto imperatorij satellites subito è Regia erumpentes armati, & ex urbe alij milites, praetereaque Barbari intromissi, multitudinem quae & ipsa iã inter se dissidebat, graminis instar ceciderunt, parcentes nemini. Refertum enim erat theatrum hominibus, cùm seditiosis, tum uerò spectandi gratia, ob Hypatij proclamationẽ congregatis. Is unà cũ fratre Põpeio ad imperatorẽ perductus, occiditur, bonis eorũ cõfiscatis. E populo caesi putãtur ad XL millia. Neque uerò illorũ duorũ duntaxat bona publicata fuere, sed multorũ praeterea senatorij ordinis, deque ipsis non uno modo supplicium sumptũ. Pro magna Ecclesia à Cõstantio condita, quae in hac seditione, ut expositũ est, conflagrarat, Iustinianus aliã nouam lõgè maiorem & illustriorem extruere aggressus est, aedificationẽ auspicatus anno ab orbe cõdito sexiesmillesimo quadragesimo, indictione XV, mense Februario. Neque uerò hoc duntaxat, sed & alia plura tẽpla extruxit: ad quorũ aedificationem cũ infinitis egeret pecunijs, de consilio praefecti stipendia liberalium artiũ magistris olim constituta, in omnibus urbibus sustulit, quas, uacantibus literarũ ludis, rusticitas inuasit. Anno imperij eius XVII magna columna in uestibulo magni tẽpli collocata, absoluta est: cui equestrem suam statuam imposuit. Eo loco prius steterat columna, Magni Theodosij statuam argenteam sustinens, à filio eius Arcadio factam pondere VII millium & CCCC librarũ: quam ille cũ columna demolitus, argento direpto, eã reposuit quae adhuc cũ eius imagine uisitur. Destruxit etiã maximos plumbeos canales, quibus aqua in urbem ducebatur, cũ eius materiae multũ ad structuras ei esset opus. Eo tẽpore maximus quoque terraemotus accidit, quo Cyzici semissis concidit. Fertur etiã tum quidã canem mirificum in urbem adduxisse, ad quem spectandum cõfluente populo, multi suos anulos in unũ aceruum congestos ante canem posuerunt, quos domini iussu, cuique suum citra errorẽ ore attulit. Idẽ rogatus, quis ex ijs qui adessent diues esset, qs pauper, quę mulier meretrix, quae uidua, quae uxor, & id genus alia: ea quoque omnia absque omni errore demõstrauit, ueste cuiusque ad quaestionẽ ore prehẽsa. Ephiphanio patriarcha decimo anno Iustiniani mortuo, Anthimus Trapezuntius in sede Cõstantinopolitana successit. Fuit hic imperator libidini masculae infestissimus, plurimosque ea de causa punijt, uirilibus exectis. Id cur faceret rogatus, An non inquit, si sacrilegium commisissent, manus illis amputandae fuissent? Idem magnum Deiparae templum in Pega condidit, & sanctorum Martyrum Sergij & Bachi aedem, multásque praeterea substructiones, & pontem in Sangari fluuio: cui hoc ab Agathio epigramma est inscriptum,

Iustiniani aedificia.

Praemia literatis adempta.

Canis mirificus.

Anthimus patriarcha.

Impudicicia strati.

Sangarij pons.

τότε τοίνυν ἀθρόον ἐκ τῶν βασιλείων οἱ περὶ τὸν αὐτοκράτορα ἐξέθορον ἔνοπλοι, καὶ ἐκ τῆς πόλεως ἕτεροι στρατιῶται καὶ οἱ βάρβαροι ἐπεισέφρησαν, καὶ τὰ πλήθη ὡς χόρτον ἀφειδῶς ἐξεθέριζον ἤδη καὶ πρὸς ἄλληλα στασιάσαντα· μεστὸν γὰρ ἦν ἀνθρώπων τὸ θέατρον, τῶν μὲν τῶν στασιαζόντων μοίρας, τῶν δέ γε πλειόνων διὰ τὴν θέαν τῶν γινομένων, καὶ διὰ τὴν τοῦ Ὑπατίου ἀναγόρευσιν ἠθροισμένων. τὸν δὲ Ὑπάτιον συλλαβόντες, καὶ Πομπήιον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, τῷ βασιλεῖ προσήγαγον, οἳ καὶ ἀνῃρέθησαν, καὶ αἱ περιουσίαι αὐτῶν ἐδημεύθησαν. τῶν δὲ ἐκ τοῦ δήμου ἀναιρεθέντων, ἀνάγεται εἶναι ὁ ἀριθμὸς ὡσεὶ τεσσαράκοντα χιλιάδες. οὐχὶ τῶν εἰρημένων δὲ δύο ἀνδρῶν μόνον ἐδημεύθησαν αἱ οὐσίαι, ἀλλὰ καὶ ἑτέρων πλειόνων συγκλητικῶν, κἀκεῖνοι δὲ πολυειδῶς ἐκολάσθησαν. ἐν δὲ τῇ στάσει ταύτῃ, ὡς εἴρηται, τῆς μεγάλης ἐκκλησίας καυθείσης, ἧς δομήτωρ ἦν ὁ αὐτοκράτωρ Κωνστάντιος, ἑτέραν πολλῷ μείζω καὶ περιφανεστέραν ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ἀπήρξατο καινουργεῖν, τῆς οἰκοδομῆς αὐτῆς ἀρχθείσης, κατὰ τὸ ἑξακισχιλιοστὸν τεσσαρακοστὸν ἔτος, ἰνδικτιῶνος πεντεκαιδεκάτης ἐνισταμένης, ἐν Φεβρουαρίῳ μηνί. οὐ μόνον δὲ τὸν ἱερὸν τοῦτον δόμον ὁ βασιλεὺς ἐκεῖνος ἐδείματο, ἀλλὰ καὶ ἑτέρους πλείονας. ἐν οἷς ἀπείρων χρημάτων δεόμενος, τὰς τυπωθείσας ἀνέκαθεν ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων δίδοσθαι σιτήσεις τοῖς ἐν αὐταῖς διδασκάλοις τῶν λογικῶν τεχνῶν, καὶ ἐπισχομένων … ὑποθήκαις τοῦ ἐπάρχου ἐξέκοψε, καὶ οὕτω τῶν ἐν ταῖς πόλεσι διδασκαλείων σχολασάντων, ἀγροικία τῶν ἐν αὐταῖς κατεκράτησε. κατά γε μὴν τὸ ἑπτακαιδέκατον ἔτος τῆς βασιλείας αὐτοῦ, καὶ ὁ κίων ὁ μέγας, ὃς ἐν τῷ προαυλίῳ τοῦ μεγάλου ναοῦ καθίδρυται, τετελείωται, ἐφ' ὃν ἐπὶ εἰκόνα ἀνδριάντα ἔφιππον ὄντα ὁ βασιλεὺς αὐτοῦ ἔστησεν. ἐν ᾧ δὲ πρὶν ἱστάμενος ἦν κίων, τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου φέρων στήλην, ἐξ ἀργύρου πεποιημένην παρὰ τοῦ ἐκείνου παιδὸς Ἀρκαδίου, ἕλκουσαν σταθμὸν λιτρῶν ἑπτακισχιλίων τετρακοσίων, ἣν καθελὼν ἐκεῖνος μετὰ τοῦ κίονος, καὶ τὸν ἄργυρον ἀφελόμενος, τὸν νῦν ὁρώμενον μετὰ τῆς εἰκόνος στήλης ἀνέστησε κίονα. ἀλλὰ καὶ ὁλκὸν μέγιστον ἐκ μολίβδου εἰργασμένον, δι' οὗ τὸ ὕδωρ εἰς τὴν πόλιν εἰσήγετο, κατέλυσε, πολλῆς ἐν ταῖς οἰκοδομαῖς τῆς ὕλης ταύτης δεόμενος. καὶ σεισμὸς τότε τῆς γῆς συνέβη σφοδρότατος, ἐξ οὗ συνέπεσε τῆς Κυζίκου τὸ ἥμισυ. ἱστορεῖται δέ τις τότε ἐν Βυζαντίῳ ἐπιδημῆσαι, ἄγων κύνα τερατουργόν. πολλῶν γὰρ εἰς θέαν αὐτοῦ συνηγμένων, ἐδίδοσαν πλεῖστοι ἐκ τούτων τοὺς ἑαυτῶν δακτυλίους, καὶ πάντες ὁμοῦ … τοῦ κυνὸς κατετίθεντο. ὁ δ' ἐκελεύετο πρὸς τοῦ κυρίου αὐτοῦ ἑκάστῳ παρασχεῖν τὸν ἴδιον, καὶ τῷ στόματι λαμβάνων αὐτούς, καθ' ἕνα ἀπλανῶς ἑκάστῳ τὸν οἰκεῖον ἀπένεμε, καὶ αὖθις προσταττόμενος δεῖξαι τίς μὲν τῶν παρόντων εὔπορος ἦν, τίς δὲ πένης, ἢ τίς πόρνη τῶν γυναικῶν, ἢ τίς χήρα, τίς δὲ συνεζευγμένη ἀνδρί, καὶ ἕτερα τοιαῦτα, καὶ πάντα ὑπεδείκνυεν ἀσφαλῶς, ἑκάστου πρὸς τὸ ἐρώτημα τὸ ἱμάτιον κατέχων τῷ στόματι. τῷ δεκάτῳ δ' ἔτει τῆς ἀρχῆς Ἰουστινιανοῦ, τοῦ πατριάρχου Ἐπιφανίου θανόντος, ὁ Τραπεζούντιος Ἄνθιμος εἰς τὸν ἱερατικὸν θρόνον τῆς Κωνσταντινουπόλεως μετετέθη. οὗτος ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τῷ τῶν ἀνδρομανῶν πολὺς ἐνέκειτο, καὶ πλείστους διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἐκόλασε, τὰ αἰδοῖα τούτων ἐκτέμνων. καὶ πρὸς τὸν ἐρόμενον διὰ τί ταύτῃ τοὺς ἀρρενοφθόρους κολάζει ἔφη· εἰ δ' ἄρα ἱεροσυλήκασιν, οὐκ ἂν τὰς χεῖρας τούτων ἀπέτεμον; οὗτος καὶ τὸν μέγαν ἐν τῇ Πηγῇ ναὸν τῆς θεομήτορος ᾠκοδόμησε, καὶ τὸν τῶν μαρτύρων ἱερὸν Σεργίου καὶ Βάκχου, καὶ ἄλλας οἰκοδομὰς πολλὰς ἐποιήσατο, καὶ γέφυραν ἔκτισεν ἐπὶ τοῦ Σαγγαρίου ποταμοῦ, ἐν ᾗ καὶ ἐπίγραμμα παρὰ Ἀγαθίου ἐγράφη τόδε,

περὶ τῶν ἀναιρεθέντων ἐν τῷ δήμῳ ἐν τῇ στάσει.

περὶ τῆς ἀνοικοδομῆς τῆς μεγάλης ἐκκλησίας.

περὶ τοῦ ἀνδριάντος.

περὶ τοῦ τερατουργοῦ κυνός.

περὶ πατριαρχῶν.

Καὶ

Καὶ σὺ μεθ' ἑσπερίων ὑψαύχενα καὶ μετὰ μήδων
ἔθνεα, καὶ πᾶσαν βαρβαρικὴν ἀγέλην,
Σαγγάριε, κρατεροῖσι ῥοὰς ἐφίσι πέδησας,
ὅτω ἐδουλώθης κοιρανικῇ παλάμῃ,
ὁ πρὶν δὲ σκαφίεσιν ἀνέμβατος, ὁ πρὶν ἀτειρὴς,
κεῖσαι λαϊνέῃ σφιγκτὸς ἀλυκτοπέδῃ.

ἡ δὲ βασιλὶς θεοδώρα τότε τὸν τῶν ἁγίων ἀποστόλων πάνδημον ναὸν ἐδομήσατο. ἦν μὲν γὰρ καὶ πρώην τοῖς ἀποστόλοις ἐκεῖσε ναὸς, παρὰ κωνσταντίου τοῦ υἱοῦ τοῦ μεγάλου κωνσταντίνου δεδομημένος. οὐχ οὗτος δὲ ὁ νῦν ἐστὶ, πολλῷ δὲ τούτου καὶ πρὸς κάλλος καὶ πρὸς ὄγκον λειπόμενος. ὀνωρίου δέ ποτε τῆς πρεσβυτέρας βασιλεύοντος ῥώμης, μεταναστὰν τὸ τῶν βανδήλων ἔθνος, καὶ εἰς ἱσπανίαν ἐλθὸν, ἐκεῖθεν εἰς λιβύην διεπεραιώθη, σὺν τῷ οἰκείῳ ῥηγὶ γονδιγίσκλῳ, καὶ κατέσχε ταύτην. ἐφ' υἱοῖς δὲ δυσὶ τούτου θανόντος, ὧν ἅτερος γόνδαρις, ὁ δὲ λοιπὸς ἐκαλεῖτο γιζέριχος, εἰς μόνον τὸν γιζέριχον ἡ ἀρχὴ περιέστη, τοῦ γόνδαρι τελευτήσαντος. οὗτος γοῦν ὁ γιζέριχος, τήν τε καρχηδόνα παρέλαβε, καὶ τὴν ῥώμην αὐτὴν, καὶ ἔτη τριάκοντα καὶ ἐννέα τῶν βανδήλων ἡγεμονεύσας φθινάδος ἀπέτισε τὸ χρεών. ὃν ὀνώριχος ὁ υἱὸς διεδέξατο, ὑφ' οὗ πλεῖστα δεινὰ τοῖς ὀρθοδόξοις ἐπήχθησαν, ἀρειανίζειν πάντας καταναγκάζοντος. ὃς ἐπ' ἔτη ἄρξας ὀκτὼ, διαδόχῳ γονδαμούνδῳ τῷ υἱῷ τελευτᾷ. καὶ οὗτος δὲ βαρὺς τοῖς ὀρθοδόξοις γενόμενος, καταλύει τὴν ζωὴν ἔτει δωδεκάτῳ, τὴν ἀρχὴν κατασχὼν δυοκαίδεκα ἔτη. τρασαμοῦνδος τῶν βανδήλων γέγονεν ἡγεμὼν, καὶ οὗτος ἀρειανὸς, οὐ κολάζων τοὺς ὀρθοδόξους, μόνον μέντοι ἀποστρεφόμενος, καὶ τούτου δὲ ἔτεσιν εἴκοσι καὶ ἑπτὰ διαγεγονότος ἐν τῇ ἀρχῇ, καὶ τὸ βιώσιμον ἐκμετρήσαντος, εἰς ἰλδέριχον ἡ ἡγεμονία μετέπεσεν. ὃς γιζερίχου ἦν υἱωνὸς, ἐξ ὀνωρίχου τοῦ ἐκείνου παιδός. οὗτος δὲ χριστιανοῖς χαλεπῶς οὐ προσεφέρετο, καὶ πᾶσι πρᾶος ἐτύγχανεν, ἅτε καὶ μαλθακοῦ τυχὼν ἤθους ἐκ φύσεως, ὅθεν ἦν καὶ πρὸς πολέμους νωθέστερος. οὗτος δὴ ὁ ἰλδέριχος συνήθης γέγονε τῷ ἰουστινιανῷ ἔτι ἰδιωτεύοντι. γελίμερ δὲ τις ὁμογενὴς ἰλδερίχου, ἀνὴρ κακοήθης μὲν, δραστήριος δὲ καὶ νεωτερίσαι δεινὸς, ἐπιθέμενος τυραννίδι, καὶ τὸν οἰκεῖον κατασχὼν δεσπότην, εἱρκτῇ παραδίδωσι, καὶ τοὺς ὅσοι ἐκείνῳ ᾠκείωντο. ἀποτριβόμενος δ' οἷον τὸ τῆς τυραννίδος αἰτίαμα, γράφει πρὸς ἰουστινιανὸν, ὡς οὐ τῆς ἀρχῆς ἐρῶν, ταύτης ἐδράξατο, ἀλλ' ὅτι ἰλδέριχος ἀνεπιτήδειος ἐφάνη πρὸς τὴν ταύτης διοίκησιν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀντεπιστέλλει τῷ γελίμερι, ὡς οὐκ ἀνέξεται εἰ μὴ τῷ τυραννηθέντι μὲν τιμωρήσει, τὸν δὲ τυραννήσαντα τιμωρήσεται. διὸ τὸν πατρίκιον βελισάριον ἐκ τῆς ἑῴας μετακαλεσάμενος (ἐκεῖ γὰρ ἦν ὁ ἀνὴρ τοῖς πέρσαις μαχόμενος) εἰς λιβύην μετὰ χειρὸς βαρείας καὶ στόλου πέμπει πολλοῦ, ἐπιστήσας αὐτὸν ταῖς δυνάμεσιν ἐπιστάτην ἀρχιστράτηγον αὐτοκράτορα, ᾧ καὶ ὁ καισαρεὺς συμπαρεγένετο προκόπιος, ὃς τὰ περὶ τῶν ἐκεῖ πολέμων ἱστόρησε πλατυκώτερον. καταπλεύσας οὖν εἰς λιβύην ὁ βελισάριος, χάρακα βάλλεται. ὁ δὲ γελίμερ τοῦτο μαθὼν, ἐντέλλεται τῷ ἀδελφῷ ἀμματᾷ, τόν τε ἰλδέριχον καὶ τοὺς αὐτοῦ συγγενεῖς, οὓς ἐν φρουρᾷ κατεῖχεν, αὐτίκα κτεῖναι. καὶ οἱ μὲν ἀνῄρηντο. γελίμερ δὲ συμβαλὼν τῷ βελισαρίῳ καὶ ἡττηθεὶς, τῆς τε καρχηδόνος ἐξέπεσε καὶ τῶν ἄλλων, καὶ πάσης τῆς λιβύης ἐκράτησεν ὁ βελισάριος, καὶ τῇ βασιλείᾳ ῥωμαίων ὑπέταξεν, ἐνενήκοντα καὶ πέντε ἐνιαυτοὺς τῶν βανδήλων κυριευσάντων αὐτῆς. συνέσχε δὲ ζῶντα καὶ αὐτὸν τὸν γελίμερα σὺν γαμε-

περὶ τῶν βανδήλων τῆς ἀρχῆς ἐν λιβύῃ, καὶ ἐπὶ πόσον καὶ ὅπως ἐπικρατήσαντες ἠφανίσθησαν παρὰ τοῦ βελισαρίου.

ἔνθα τὸ γελίμερι, πόλεμοι, ἡττηθεὶς ἔσχεν.

Nauibus infestum prius indomitumq́ feroci
Flumine, marmoreis te quoq; compedibus
Sangari post Medos domitos, fractosq́ superbos
Hesperiæ populos Barbaricę́q feram
Regia dextra suo cōstrinxit numine, tutumq́
Impete suppresso nunc patefecit iter.

SIc Iustinianus imperiũ recuperauit, idq; secundũ suscepit præfecto naso. Bulgarorum principẽ cũ donis multis, icto pacis fœdere dimisit. Deinde Apsimaro, & fratre eius Heraclio, atque etiã Leontio ad se adductis: Heracliũ cũ alijs pluribus de lignis iuxta mœnia suspendit. Apsimarũ & Leontiũ in uinculis per forũ circumductos, ludis Circensibus spectaculo exhibuit, cumq; collis eorũ ante se proiectorũ, pedibus insultasset, sic demũ capita in uenatione illis præcidi iussit. Callinicũ Patriarchã, oculis prius erutis, Romam relegauit, Cyrum monachũ quendã inclusum, qui ei regni recuperationẽ prædixerat, Patriarcham designauit. Maximã turbam & plebeiã & militarem occidit, partim apertè, partim clàm. Vxorẽ Theodorã è Chazaria reuocauit, quæ iam filium pepererat, quem Tiberium uocauit, ipsumq; & matrẽ imperatorio nomine dignatus, diademate ornauit. Fœd⁹ cũ Bulgaris ictũ rupit, eisq; bellũ intulit, pedestrib⁹, equestrib⁹ & naualibus copijs Anchialũ pfectus. Ac primũ territi Bulgari, in mõtes cõfugerũt. Inde cum Romanorũ exercitũ castra nullo ordine posuisse, & temerè pabulatũ dispergi uiderẽt, animos receperũt, & cõgressi multos occiderunt, neq; pauciores cœperũt, equis etiã multis potiti. Cæterũ Imperator cũ reliquijs exercitus in castellũ quoddã se cõclusit. Deinde incisis equorũ neruis, ne hostib⁹ usui essent, con

Grassationes tyrannicæ post reditum.

Bulgarica expeditio.

λὰ ὑπισχνούμενος, εἰ στείλοι αὐτῷ τὴν τοῦ Ἰουστινιανοῦ κεφαλήν, κἀκεῖνος συνθέμενος, καὶ δύο τινὰς τῶν ὑπηκόων αὐτῷ στείλας, ἀπορρήτως ἐνετείλατο τὸν Ἰουστινιανὸν ἀνελεῖν. ὃ δὴ δι᾽ οἰκέτου μαθοῦσα ἡ Θεοδώρα, τῷ ἀνδρὶ κατήγγειλεν. ὁ δὲ τοὺς ἐνταλθέντας αὐτὸν ἀνελεῖν ἰδίᾳ προσκαλεσάμενος, ἑκάστῳ ἀγχόνῃ στερίσκει τοῦ ζῆν, καὶ τὴν μὲν Θεοδώραν εἰς Χαζαρίαν ἐξέπεμψεν, αὐτὸς δὲ εἰς ἁλιάδα ἐμβὰς ἀπέπλευσε, πρὸς Τέρβελιν ἀπιὼν τὸν τῶν Βουλγάρων ἐξάρχοντα. κλύδωνος δὲ μεγάλου καταλαβόντος αὐτὸν ἐν τῷ πλεῖν, καταποντωθῆναι τὸ πλοιάριον ἐκινδύνευσε. τῶν δὲ συμπλεόντων ἐπαγγείλασθαι τῷ θεῷ συμβουλευόντων αὐτῷ, εἰ περισωθείη καὶ τὴν ἀρχὴν ἀπολήψοιτο, μήτι κακὸν τοῖς κατ᾽ αὐτοῦ γενομένοις ἐπιφέρειν, ἀλλ᾽ εἰ φείσομαι τούτων, ἔφη, ἑνὸς, αὐτίκα καταποντισθείην ὧδε. περισωθεὶς οὖν καὶ τῷ τῶν Βουλγάρων ἄρχοντι προσελθὼν, καὶ πλεῖστα παρασχὼν, ἀλλὰ μέντοι καὶ παρέχειν ἐπαγγειλάμενος, εἰ παρ᾽ αὐτοῦ καταχθείη πρὸς τὴν προγονικὴν βασιλείαν, καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ συζεῦξαι καθυποσχόμενος, σὺν ἐκείνῳ μετὰ βαρβαρικῆς βαρείας δυνάμεως τὴν ὑπὸ σφαλμάτων κατειλήφει τῶν πόλεων, καὶ πρὸ τῶν τειχῶν στρατοπεδευσάμενος, ἀπεπειρᾶτο τῶν πολιτῶν, αὐτοῖς ἐκ τοῦ τείχους προκύπτουσιν ὁμιλῶν. οἱ δὲ οὐ μόνον αὐτὸν οὐ προσίεντο, ἀλλὰ καὶ ὕβρεις αὐτοῦ κατέχεον πλημμελεῖς. νυκτὸς οὖν διὰ τοῦ ἀγωγοῦ εἰσδὺς, αὐτὸς ἐνέδυ τῇ πόλει, καὶ ταύτης ἐγένετο ἐγκρατής. ὁ δὲ Ἀψίμαρος εἰς Ἀπολλωνιάδα φυγὼν κατελήφθη, ἑπτὰ βασιλεύσας ἐνιαυτούς.

Περὶ μετὰ τῶν βουλγάρων τῇ πόλει ἐπιστρατεύσαντος Ἰουστινιανοῦ διὰ τοῦ ἀγωγοῦ.

ΒΑΣΙΛΕΙΑ ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΙΟΥΣΤΙνιανοῦ τοῦ ῥινοτμήτου.

ΟΥτω μὲν ὁ Ἰουστινιανὸς ἑαυτῷ τὴν βασιλείαν ἀπεκτήσατο, ταύτης τὸ δεύτερον ῥινότμητος ἐπιβάς. τῷ δὲ τῶν Βουλγάρων ἄρχοντι δῶρα πολλὰ παρασχὼν, καὶ συνθήκας εἰρήνης μετ᾽ αὐτοῦ ποιησάμενος, ἀπελθεῖν αὐτὸν παρεσκεύασε. τοῦ δὲ Ἀψιμάρου, καὶ Ἡρακλείου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν ἀχθέντων, ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦ Λεοντίου, τὸν μὲν Ἡράκλειον σὺν ἄλλοις πλείοσιν, ἐν ξύλοις παρὰ τοῖς τείχεσιν ἀπῃώρησε. τὸν Ἀψίμαρον δέ γε καὶ τὸν Λεόντιον δεσμίους διὰ τῆς ἀγορᾶς περιαγαγὼν, καὶ θεατρίσας ἱππικοῦ ἀγομένου, ῥιφέντας ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ κατὰ τῶν τραχήλων πατήσας, καὶ οὕτως ἐκτμηθῆναι τὰς αὐτῶν κεφαλὰς ἐν τῷ κυνηγεσίῳ προσέταξεν, τὸν δὲ πατριάρχην Καλλίνικον, πρότερον αὐτοῦ παρελὼν τὰ ὄμματα, εἰς Ῥώμην ἐξώρισεν, Κῦρον δέ τινα μοναχὸν ἔγκλειστον, πατριάρχην προβάλλεται, ὃς αὐτῷ τὴν βασιλείας ἀποκατάστασιν προεφοίβασε. πολὺ δὲ πλῆθος ἔκ τε τοῦ δημοτικοῦ καὶ τοῦ στρατιωτικοῦ τότε διέφθειρεν οὗτος ὁ βασιλεὺς, τοὺς μὲν φανερῶς, τοὺς μέντοι καὶ ἀφανῶς. στείλας δὲ εἰς Χαζαρίαν, ἤγαγε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ Θεοδώραν, ἥδη αὐτῷ τεκοῦσαν υἱὸν, ὃν Τιβέριον κατωνόμασε, κἀκείνην δὲ καὶ τὸν παῖδα τοῦ τῆς βασιλείας ἀξιώσας ὀνόματος, καὶ ἄμφω ἐστέψε. λύσας δὲ τὰς πρὸς τοὺς Βουλγάρους σπονδὰς, κατ᾽ αὐτῶν ἐξεστράτευσε σὺν ἱππικαῖς τε καὶ πεζικαῖς δυνάμεσι, καὶ σὺν στόλῳ πολλῷ, καὶ ἀπῆλθε πρὸς Ἀγχίαλον. τὸ μὲν οὖν πρῶτον δείσαντες οἱ Βούλγαροι, εἰς τὰ ὄρη ἀνέδραμον. ἐπεὶ δὲ ἀσυντάκτως ὁρῶντες τὴν τῶν Ῥωμαίων στρατιὰν σκηνουμένην, καὶ ἀπερισκέπτως εἰς χορτάσματα συλλογὴν σκεδαννυμένην, ἀνεθάρσησαν, καὶ ἐπελθόντες αὐτοῖς, πολλοὺς μὲν ἀνεῖλον, οὐ μείους δὲ ᾐχμαλώτισαν, καὶ ἵππων συνέσχον πλῆθος. ὁ μέντοι βασιλεὺς σὺν τοῖς περιλειφθεῖσιν εἰς τι ἐκεῖ συνεκλείσθη φρούριον. εἶτα τοὺς ἵππους πάντας νευροκοπήσαντες, ἵνα μὴ τούτους λάβοιεν οἱ πολέμιοι, τοῖς τοῦ στόλου σκάφεσιν ἐμβεβηκό-

Ὅτι ἰουστινιανὸς λεόντιον καὶ τὸν ἀψίμαρον ἀπεκεφάλισε καὶ τὸν πατριάρχην ἐτύφλωσεν.

Ὅτι λέγεται τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἤγαγεν.

Ὅτι ἐλύθη ἡ πρὸς βουλγάρους εἰρήνη.

ἐμβεβηκότων, ἀπέπλευσαν εἰς τὸ Βυζάντιον σὺν αἰσχύνῃ πολλῇ. μανιῶν δὲ πρὸς τοὺς ἐν Χερσῶνι, ὅτι ἐκεῖ προδιῳκισμένον αὐτὸν ἐνόντα νεωτερίζοντα, ἐβουλεύθησαν ἀνελεῖν, στέλλει τριήρεις καὶ δρόμωνας καὶ νῆας ἑτέρας τῶν φορτηγῶν σὺν στρατεύματι πλείστῳ καὶ δυσὶ στρατηγοῖς, ἐντειλάμενος αὐτοῖς μὴ φείσασθαί τινος τῶν ἐκεῖ, ἀλλὰ πάντας συγκόψαι τοῖς ξίφεσιν. οἳ σὺν οὐδενὶ πόνῳ (οὐ γὰρ ἀντέστησαν οἱ τῶν ἐν Χερσῶνι πόλεων οἰκήτορες) παραλαβόντες αὐτάς, ἅπαντας σχεδὸν ἀνῃρήκασι, μόνους τοὺς νεάζοντας ἡλικίας μέχρι μειρακίων φεισάμενοι. ὃ μαθὼν Ἰουστινιανός, ὅτι μὴ καὶ τούτους ἀνεῖλον, ἐξώργιστο καὶ πρὸς ἑαυτὸν τοὺς περισωθέντας ἀποσταλῆναι παρεκελεύσατο. ἀποσταλέντας δὲ καταποντισθῆναι ἐν τῇ θαλάσσῃ συνέβη τοὺς πλείονας, καὶ ἦν ἐξ εὐχῆς τῷ βασιλεῖ καταθύμιον, καὶ οὐδ' οὕτω τῆς κατ' ἐκείνων μανίας ἐμπέπληστο, ἀλλ' ἠπείλει καὶ αὖθις στελεῖν, καὶ οὕτω τὴν χώραν ἐξερημῶσαι, ὡς καὶ τὰς πόλεις καθελεῖν καὶ ἀροτριάσαι. διὰ ταῦτα οἱ ὑπολειφθέντες ἐν Χερσῶνι, καὶ οἱ τούτων περίοικοι ἀποστατήσαντες, Φιλιππικὸν τὸν τοῦ Βαρδάνη, ὃν ὁ λόγος ἱστόρησε παρὰ τοῦ Ἀψιμάρου εἰς Κεφαλληνίαν περιορισθῆναι, ἄρτι ἀνακληθέντα ἐκ τῆς ὑπερορίας, καὶ ἐπανιόντα πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν, ἐκεῖσε γενόμενον, βασιλέα ἀναγορεύουσι, καὶ τοῦ σφῶν ἄρχοντος Ἠλία συμπράττοντος. ἃ μαθὼν Ἰουστινιανός, τοὺς μὲν τοῦ Ἠλία παῖδας ἐν τῷ κόλπῳ κατέσφαξε τῆς μητρὸς, ἐκείνην δὲ δούλῳ αὐτοῦ Ἰνδῷ μαγείρῳ συνέζευξεν. εἶτα στόλον ὁπλισάμενος, στέλλει κατὰ Χερσῶνος, ἐντειλάμενος τῷ τοῦ στόλου κατάρχοντι, ἄρδην ξύμπαντας ἀπολέσαι. ἄρτι δὲ καταλαβόντος τὴν Χερσῶνα τοῦ ναυτικοῦ, καὶ πολιορκουμένης αὐτῆς, ἦκον Χάζαροι τοῖς Χερσωνίταις ἐπικουρήσοντες. ἐντεῦθεν ἡ μὲν πολιορκία λέλυτο, οἱ δὲ τοῦ στόλου μὴ θαρροῦντες πρὸς τὸν βασιλέα ἐπανελθεῖν, τοῦ μὲν βλασφημίας κατέχεον, τὸν δὲ Βαρδάνην ὡς βασιλέα εὐφήμουν. χρόνου δὲ παρεῤῥυηκότος συχνοῦ, ὅτι μηδὲν αὐτῷ ἐκ τοῦ στόλου μεμήνυτο, ὁ βασιλεὺς ὑποτοπάσας συμβῆναί τι φερόμενον κατ' αὐτοῦ, ἐξώρμησε τοῦ Βυζαντίου. καὶ ἕως Σινώπης ἐλθὼν, ὁρᾷ τὸν στόλον ἐπὶ τὴν πόλιν πλωϊζόμενον, αὐτίκα τοίνυν γίγνεται καὶ αὐτὸς ὀπισθόδρομος. τοῦ δὲ Φιλιππικοῦ εὐπλοήσαντος, καὶ προκαταλαβόντος τὴν μεγαλόπολιν, ἐκεῖνος ἐν τῷ Δαματρὺ ἐσκήνωσε, πρὸς ὃν ὁ ἐρρημένος Ἠλίας σταλεὶς, ἐδυνήθη πεῖσαι τὸ μετὰ τοῦ Ἰουστινιανοῦ στρατιωτικὸν ἀποστῆναι αὐτοῦ, καὶ προσχωρῆσαι Φιλιππικῷ. καταληφθεὶς τοίνυν παρὰ τῶν στρατιωτῶν Ἰουστινιανός, χερσὶ ταῖς οἰκείαις εὐθὺς ὁ Ἠλίας ἀφαιρεῖ τὴν αὐτοῦ κεφαλήν. ὁ δὲ τούτου παῖς ὁ Τιβέριος, μετὰ τῆς πρὸς μητρὸς μάμμης Ἀναστασίας (ἡ γὰρ μήτηρ αὐτοῦ Θεοδώρα ἐτεθνήκει) τῷ ἐν Βλαχέρναις ναῷ προσφυγὼν, εἰσελθὼν τὸ θεῖον θυσιαστήριον, καὶ ὑπὸ τὴν πανάγνον γενόμενος τράπεζαν, ἑνὸς τῶν ταύτην ἀνεχόντων κιονίσκων δεδραγμένος, ἱκέτευε μὴ θανεῖν. ἀλλ' οἱ σταλέντες εἰς ζήτησιν αὐτοῦ, ἐξελκύσαντες τοῦ θυσιαστηρίου τὸν παῖδα, μαχαίρᾳ τοῦτον τὸν λαιμὸν ὡς βοσκήματος ἀπέτεμον ἀπηνῶς.

Ἀποστασία Χερσωνιτῶν καὶ ἀνάρρησις Φιλιππικοῦ τοῦ Βαρδάνου.

Ὅτι καὶ οἱ τοῦ στόλου τὸν Φιλιππικὸν εὐφήμουν.

Ἀναίρεσις Ἰουστινιανοῦ καὶ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ.

ΑΝΑΡΡΗΣΙΣ ΦΙΛΙΠΠΙΚΟΥ τοῦ Βαρδάνη.

Ἤδη δὲ τῆς βασιλείας τυχὼν ὁ Φιλιππικὸς, κατὰ τῆς ἕκτης οἰκουμενικῆς συνόδου ὡπλίσατο, καὶ σύνοδον ἀθροίσας ὁ μάταιος, ἀκυροῖ ὅσον τὸ κατ' αὐτὸν δι' αὐτῆς τὴν ἁγίαν ἐκείνην σύνοδον. λέγεται γὰρ ἄρτι τοῦ Λεοντίου τῶν σκήπτρων ἐπειλημμένου, χρησμοδοτῆσαι ἔγκλειστον τῷ Φιλιππικῷ τὴν εἰς τὸν βασίλειον θρόνον ἀναγωγὴν μοναχόν τινα ἔγκλειστον ὄντα ἐν τῇ τοῦ

Ὅπως ἡ ἕκτη σύνοδος ἀκύρωσιν ἔσχε.

scensis nauibus cũ magno dedecore Byzantium rediit. Chersonitis porrò iratus, quòd de se res nouas moliente tollẽdo cogitassent, triremes, dromones & naues onerarias cũ maximo exercitu & duob⁹ ducibus mittit, eisq; mãdat, ne cuiquam illorũ parcant, sed omnes gladiis cõficiant. Qui eos nullo cũ labore cœperũt. Neque enim urbium Chersoniarum habitatores resistebant, ac penè omnibus sublatis, pueris duntaxat & adolescentulis pepercerunt. Quo Iustinianus cognito, iratus, eos quoq; ad se mitti iussit qui conseruati essent, qui cũ missi essent, maxima ex parte in mari perierũt. Ea res Imperatori uoluptati fuit, sed ne sic quidẽ furore in illos suo expleto, minatus est, se aliis copiis missis ita regionẽ illam euastaturũ, ut qbus in locis urbes fuissent, arua colerentur. Ob hæc Chersoniorũ reliquiæ, eorumq; finitimi ad defectionẽ impulsi, Philippicũ Bardanis filiũ, quẽ suprà ab Apsimaro in Cephaleniã relegatũ fuisse memorauimus, reuocatum modò, & dum Cõstantinopolim iret, illuc profectum, imperatorẽ salutant, etiã Elia principe suo adiutante. Quibus Iustinianus cognitis, Eliæ liberos in sinu matris iugulauit, & ipsam seruo eius Indo coquo copulauit. Deinde instructã classem contra Chersonem mittit, classisq; præfecto mandat, ut funditus uniuersos deleat. Quæ cũ iam illic appulisset, ac prouinciã obsideret, Chazari Chersonitis suppetias uenerũt. Vnde obsidio soluta est, & classiarii cũ ad Imperatorem redire nõ auderent, maledicta in eum iecerunt, & Bardanẽ pro Imperatore celebrarunt. Iam longo tẽpore elapso, cũ nihil ei de classe significaret, suspicat⁹ accidisse aliquid quod in suã fraudẽ tenderet, Byzantio profectus cũ Sinopen usq; peruenisset, uidet classem uersus urbem proficisci: statim igitur & ipse naues cõuertit. Sed Philippic⁹ prospera nauigatione usus magnam urbem præoccupat. Iustinianus uerò in Damatry statiua habet, ad quem Elias missus, militibus persuasit ut deserto illo se ad Philippicũ conferrent. Quo facto, suis manibus caput illi resecat. Filius autem eius Tiberius, cum auia materna Anastasia (nam Theodora mater iam obierat) in tẽplum Blachernium confugit: cumq; sacrosanctum sacellũ ingressus, mensam sanctissimam subiisset, prehensa una eius columella, mortẽ est deprecatus. Sed qui ad eum quærẽdũ missi erãt, puerũ è sacrario abstractũ collum tanq; pecudis crudeliter resecuerunt.

Crudelitas in Chersonitas.

Chersonitæ Philippicũ Bardanis filium imperatorem salutant.

Iustiniani et Tiberii filii interitus.

IMPERIVM PHILIPPICI QVI & Bardanes.

IAm potit⁹ imperio Philippicus, cõtra sextã œcumenicã synodũ se armauit, indictoq; cõcilio homo uanus, quãtũ in ipso fuit, sacrã illã synodũ abrogauit. Nã Leontio recẽs sceptrum adepto, fertur inclusus quidam monachus in

Sexta Synodi abrogatio.

Monachi prædictio.

Callistrati monasterio, qui Monothelitarū sectam probaret, huic Philippico regni adeptionem prædixisse, eiusq; prædictionis mercedē sextæ synodi abrogationem stipulatus, & hic pollicitus esse. Ac sextā œcumenicam Synodum abrogauit, ut putabat, cum uerò aceruos pecuniarū à ueteribus Imperatoribus cumulatos in Regia reperisset: maiorē partē in nullos usus necessarios collatā dissipauit exiguo tēpore: ac omnē forsan absumpsisset, si diutius imperiū tenuisset. Nam in dicendo quidē disertissimus habebatur, nec prudentiæ expers: ad res autē gerendas erat omniū ineptissimus & ingenio planè sinistro. Cyrum Patriarcham Ecclesia, quam per sex annos tenuerat, exegit, & Ioanē assensorem suum in ea collocauit. Sub eo Bulgari Thraciā uniuersam populati, ad ipsam usq; urbem incursarūt omnia, magnaq; præda, & captiuis ferè innumeris abductis, domum se receperūt. Sed & Agareni Orientē eodē modo tractarunt. Duobus annis & mensibus aliquot, ex quo Imperium susceperat, elapsis, cum ludos equestres celebrasset, & post certamen in Zeuxippi balneo lauisset, quosdā senatores cœnę adhibuit: uel, ut alij dicunt, eos qui ludis Circensibus uicerant. In eo conuiuio à quibusdam senatoribus oppressus cæcatur. Id actū est pridie Pentecostes. Postridie, hoc est, in ipsa Pentecoste, & senatus & populus Artemium principem secretarium, imperatorem designant, indito ei nomine Anastasij.

Disertus magis quā strenuus imperator.

Bulgarorū & Agarenorum latrocinia.

Philippicus cæcatur.

IMPERIVM ARTEMII, QVI & Anastasius.

Ille omni doctrinæ genere eruditus, & reb⁹ gerēdis uersatissimus fuit. Patriarcha Ioanne, ut nō orthodoxo, à sede quam trienniū tenuerat, auulso: Germanum Cyzico reuocatū, in eius locum substituit, quem à Cōstantino Pogonato uirilibus priuatum fuisse suprà memorauimus. Cum Alexandrinos in Phœniciam appulisse, ut inde ligna fabricandas naues peterēt, didicisset: classem instructā cōtra illos misit, & prouincialiū quoq; naues Rhodū appellere, atq; ubi cōuenissent, cōtra hostes ire iussit, totius classis duce delecto Ioanne magnæ ecclesiæ Dei diacono, & generali Logotheta. Postquàm omnes Rhodi conuenerant, & Ioānes nauigationem adornabat: classiarij, ac potius Opsiciani, infensi Imperatori, quod nauales copias parum cōmodè tractasset, imperiū detrectabant: & Ioannem eorum contumaciam seuerius castigantem, maledicta in Imperatorem congerentes, statim per seditionem occiderunt, omissoq; ulteriore progressu, partim domū redierunt, partim Byzantium petierūt, cumq; Adramyttium peruenissent, Theodosium quendam publicorum uectigalium exactorem, hominem in Republica non uersatum, Imperatorem inuitum salutarunt.

Naualis seditio.

Theodosius Adramyttenus creatur Imperator.

His

καλλιστράτου μονῇ, καὶ τὰ πρεσβεύοντος αὐτοῦ εἰπὼν μισθὸν, τῆς τῆς ἕκτης συνόδου ἀθέτησιν (ἦν γὰρ τῶν τῶν μονοθελητῶν ὁ μοναχὸς ἐκεῖνος αἱρέσεως) καὶ τὴν ὑπόσχεσιν. τὴν μὲν οὖν οἰκουμενικὴν ἕκτην σύνοδον ἠκύρωσεν, ὡς ἐδόκει, αὐτὸς δὲ σωροὺς χρημάτων ἐκ παλαιοτέρων θησαυρισθέντας αὐτοκρατόρων ἐν τοῖς βασιλείοις εὑρὼν, ὡς οὐδὲν δέον τοῖς χρώμενος, τὰ πλείω διεσκόρπισε δι' ὀλίγου καιροῦ. καὶ τάχα καὶ ἅπαντα κατηνάλωσεν ἂν, εἰ ἐπὶ πλεῖον τῇ βασιλείᾳ προσέμεινεν. ἐν μὲν γὰρ τῷ λέγειν ἐδόκει ἐμπειρότατος, μὴ ἄμοιρος τι συνέσεως, ἐν δὲ τῷ πράττειν ἦν ξυμπάντων ἀσυνετώτατος καὶ παμπόνηρος. Κῦρον δὲ τὸν πατριάρχην ἐξωθήσας τῆς ἐκκλησίας, ἐπὶ ἓξ ἔτη ταύτης διέποντα, Ἰωάννην ὁμόδοξον αὐτῷ προεβάλετο. οἱ μέντοι Βούλγαροι τὴν Θρᾴκην ἅπασαν ληϊσάμενοι, τὰ μέχρι τῆς πόλεως κατέδραμον ἅπαντα, καὶ λείαν πολλὴν καὶ αἰχμαλώτους λαβόντες χιλίων ὑπὲρ ἀριθμὸν, ἀπενόστησαν. ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ὁμοίως οἱ τῆς Ἄγαρ διέθεντο. δύο δὲ παρελθόντων ἐνιαυτῶν καὶ μηνῶν τινῶν, ἐξότου τῆς βασιλείας ἐκράτησεν, ἱππηλάτην ἐπιτελέσας ἀγῶνα, καὶ ἐν τῷ τοῦ Ζευξίππου μετὰ τὸν ἀγῶνα λουσάμενος λουτρῷ, συσσίτους τινὰς τῶν τῆς συγκλήτου πεποίηκεν, ὡς δ' ἔνιοι λέγουσι, τοὺς ἐν τῇ τῶν ἵππων ἁμίλλῃ νικήσαντας. κατακείμενος δ' ἐν τῷ συμποσίῳ, παρά τινων τῶν τῆς γερουσίας κατασχεθεὶς, τυφλοῦται. τοῦτο δ' ἐπράχθη πρὸ τοῦ σαββάτου τῆς πεντηκοστῆς. τῇ δ' ἑξῆς κατ' αὐτὴν δηλαδὴ τὴν πεντηκοστὴν, ἀθροισθέντων εἴτε τῆς συγκλήτου βουλῆς καὶ ὁ δημώδης ὄχλος, Ἀρτέμιον τὸν πρωτασηκρῆτις, προχειρίζονται αὐτοκράτορα, μετονομάσαντες Ἀναστάσιον.

οἷος ἦν περὶ πράξεις ὁ φιλιππικός.

περὶ σπανῶν(?) ...

περὶ Βουλγάρων καὶ τῶν ἀγαρηνῶν.

ἐκτυφλοῦται ὁ βασιλεὺς ὁ φιλιππικός.

ΒΑΣΙΛΕΙΑ ΑΡΤΕΜΙΟΥ τοῦ καὶ ἀναστασίου.

Ην δ' οὗτος ὁ βασιλεὺς καὶ λόγοις παντοίοις ὡμιληκὼς, καὶ πραγμάτων διοικήσεσιν ἐντριβέστατος. οὗτος τὸν πατριάρχην Ἰωάννην τοῦ ἀρχιερατικοῦ καταπαύσας θρόνου, ὡς μὴ ὀρθόδοξον, ἐπὶ τρία τῆς ἐκκλησίας κρατήσαντα, μετατίθησιν ἐκ Κυζίκου ἐπὶ τὴν ἱερὰν καθέδραν τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων Γερμανὸν, ὃν αὐτοῦ που ὁ λόγος ἐμήνυσε παρὰ Κωνσταντίνου τοῦ πωγωνάτου τῶν παιδογόνων ἀφαιρεθῆναι μορίων. μαθὼν δὲ ὅτι ἐξ Ἀλεξανδρείας ἐπὶ Φοινίκην πλοῖα προσώρμισαν, ἵνα ξύλα ἐκεῖθεν κομίσωσι ναυπηγήσιμα. στόλον ἐξοπλίσας ἀπέστειλε κατ' αὐτῶν, κελεύσας καὶ τὰ τῶν θεμάτων στόλους εἰς τὴν νῆσον Ῥόδον καταίρειν, κἀκεῖ ἑνωθῆναι, καὶ οὕτω ἐκπλεῦσαι κατὰ τῶν ἐναντίων, προβαλλόμενος ἄρχοντα τοῦ στόλου παντὸς Ἰωάννην τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας διάκονον, καὶ γενικὸν λογοθέτην. πάντων οὖν εἰς τὴν Ῥόδον συναθροισθέντων, ὁ διάκονος Ἰωάννης πρὸς ἔκπλουν ἡτοίμαστο, οἱ δὲ τοῦ στόλου, καὶ μᾶλλον οἱ τοῦ θέματος τοῦ ὀψικίου, οὐκ ἦσαν εὔνοι, οὐ γὰρ καλῶς πρὸς τὸν κρατοῦντα διέκειντο, ἐπεὶ μὴ δὲ ἐκεῖνος τῇ πλωϊμῷ στρατιᾷ κεχρημένος ἦν δεξιῶς. ὡς δὲ πρὸς τὴν ἐκείνων ἀπείθειαν ὁ διάκονος ἀρχικώτερον διετέθη, καὶ δριμύτερον αὐτοῖς προσεφέρετο, ὡς στάσιν τούτους ἤγειρον, καὶ τὸν βασιλέα δυσφημήσαντες, αὐτὸν ἀνεῖλον εὐθὺς, καὶ τοῦ πρόσω χωρεῖν ἀφέμενοι, οἱ μὲν ἀπενόστησαν οἴκαδε, οἱ δὲ πρὸς τὸ Βυζάντιον ὥρμησαν, καὶ ἐν τῷ ἀδραμυττίῳ γενόμενοι, Θεοδόσιόν τινα πράκτορα τῶν δημοσίων τελῶν, ἰδιώτην ἄνδρα ὄντα λαβόντες, αὐτοκράτορα ἀνηγόρευσαν.

περὶ γερμανοῦ.

ὅτι πλοῖον ὁ βασιλεὺς ... ἀναγορεύεται ... ἄρχοντα ... στασιάσαντες ἀνεῖλον, καὶ ... ἀναγορεύουσι ... αὐτοκράτορα.

τοῦ τε

τοῦτο μαθὼν ὁ ἀρτέμιος, στόλον ἡτοίμασε, καὶ τῇ πόλει ἐπέστησε φυλακὴν, αὐτὸς δὲ ἐν νικαίᾳ διῆγε τῇ μητροπόλει τῶν βυθινῶν. οἱ δὲ στασιασταὶ διά τε γῆς καὶ διὰ θαλάσσης ἀφίκοντο εἰς χρυσόπολιν, καὶ μέχρι μέν τινος ναυμαχίαι ἐγένοντο. εἶτα περαιωθεὶς εἰς θρᾴκην ὁ θεοδόσιος, διὰ τοῦ τείχους τῶν βλαχερνῶν ἐκ προδοσίας εἰς τὴν μεγαλόπολιν εἰσηλύθει, καὶ τοῦ σὺν αὐτῷ ναυτικοῦ τε καὶ στρατιωτικοῦ εἰσρυέντος ἐν ταύτῃ, πολλὰ τῶν ἐν ταῖς οἰκίαις χρημάτων ἡρπάγησαν. τοὺς δὲ ὑπὲρ ἀρτεμίου ἀντεχομένους τῶν ἀρχόντων συλλαβόμενοι, καὶ τὸν πατριάρχην γερμανὸν παραλαβόντες, ἀπῆλθον εἰς νικαίαν, δεικνύντες τῷ ἀρτεμίῳ, ὅτι ἡ πόλις ἤδη περιελήφθη καὶ τὰ βασίλεια. καὶ ὃς τὸ μοναχικὸν ἀμφιεσάμενος σχῆμα, καὶ πίστεις λαβὼν, μή τι περαιτέρω παθεῖν, παρέδωκεν αὐτοῖς ἑαυτὸν, καὶ ἐν θεσσαλονίκῃ περιωρίσθη, βασιλεύσας ἕνα ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας τρεῖς.

ὅτι τοῦ ἀρτεμίου ἐν νικαίᾳ διάγοντος ὁ θεοδόσιος ἐκ προδοσίας τὴν πόλιν εἷλε, καὶ ὁ ἀρτέμιος μοναχὸς ἐν θεσσαλονίκῃ περιωρίσθη.

ΒΑΣΙΛΕΙΑ ΘΕΟΔΟΣΙΟΥ
τοῦ ἀτραμυτηνοῦ.

Ἐβασίλευσε δὲ θεοδόσιος, ὃς ἀτραμυτηνὸς ἐπωνόμαστο, ἀνὴρ ἦθος μὲν χρηστοῦ, καὶ βίου σεμνοῦ, ἀπράγμων δ' ἄλλως, καὶ πρὸς πραγμάτων διοίκησίν τε καὶ μεταχείρησιν, τό τε τὰ βασιλείας, σφόδρα γε ἀποπεφυκώς. λέων δὲ ὁ καὶ κόνων παρὰ τοῦ ἀρτεμίου στρατηγὸς τῶν ἀνατολικῶν προβληθεὶς, ὡς τὰ τοῦ ἀρτεμίου δῆθεν φρονῶν, οὐχ ὑπεῖξε θεοδοσίῳ, σύμπνουν ἔχων καὶ τὸν τῶν ἀρμενιακῶν στρατηγὸν ἀρτάβασδον τὸν ἀρμένιον. ἄρας οὖν ἐκεῖθεν μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν ταγμάτων εἰς νικομήδειαν ἔρχεται, ἔνθα τὸν τοῦ βασιλέως θεοδοσίου υἱὸν εὑρηκὼς, καὶ αὐτὸν μετὰ τῆς βασιλικῆς κατασκευῆς χειρωσάμενος, ἀφίκετο εἰς χρυσόπολιν. ὁ δὲ θεοδόσιος ἀπραγμόνως τῆς βασιλείας ἐξίσταται αὐτῷ, εἰς κληρικὸν καρεὶς μετὰ τοῦ υἱοῦ, καὶ πληροφορίαν λαβὼν, μή τι ἕτερον ὑποστῆναι, καὶ ὁ μὲν ἡσύχως ἐβίω τὸ λοιπὸν τῆς ζωῆς, βασιλεύσας δύο ἐνιαυτούς.

ὅτι ὁ θεοδόσιος [illegible]

καθαίρεσις τοῦ βασιλέως θεοδοσίου.

ΒΑΣΙΛΕΙΑ ΛΕΟΝΤΟΣ ΤΟΥ
ἰσαύρου τοῦ καὶ κόνωνος.

Ἐντεῦθεν ὁ λέων τοῦ τῆς βασιλείας ὀνόματος ἀνάξιος ἀξιοῦται. ἡ πατρὶς μὲν ἦν ἰσαυρία, ἐκεῖθεν δὲ μετοικισθεὶς μετὰ τῶν τεκόντων παρὰ τοῦ βασιλέως ἰουστινιανοῦ, μήπω τῆς ἀρχῆς ἐξωσθέντος, ἐν μεσημβρίᾳ τῇ θρᾳκικῇ ἐποιεῖτο τὰς διατριβάς. καθαιρεθέντος δὲ τοῦ ἰουστινιανοῦ τῆς ἀρχῆς, εἶτα ἐπανερχομένου μετὰ βουλγάρων εἰς τὸ τὴν βασιλείαν αὖθις ἀναλαβεῖν, ὁ λέων ὑπαντήσας αὐτῷ, δῶρα προσήνεγκεν. καὶ ὁ ἰουστινιανὸς ἀποδεξάμενος αὐτὸν αὐτίκα ἐτίμησεν, καὶ βασιλεύσας τὸ δεύτερον, αὐτὸν ᾠκειώσατο. εἶτα ἐστάλη παρ' αὐτοῦ πρὸς τοὺς ἀλανοὺς ἢ ἀλβανοὺς (οὕτω γὰρ τοῖς παλαιοῖς ὀνομάζονται) ἔσταλτο δὲ συγκινῆσαι αὐτοὺς κατὰ τῶν ἀβασγῶν, ἀποστάντων τῆς ῥωμαίων ἀρχῆς. οἱ γὰρ ἀβασγοὶ, ὡς ὁ καισαρεὺς προκόπιος ἱστορεῖ, δυεῖν ὁμοφύλοιν ἦσαν ὑπήκοοι, ὧν ὁ μὲν ἐκράτει τὰς πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον μοίρας αὐτῶν, τῷ δὲ τὰ τετραμμένα πρὸς δύοντα. καὶ ἄμφω δὲ τούτω τὼ ἄρχοντε ὑπὸ φιλοχρηματίας κακῶς ἐχρῶντο τῷ ἔθνει. ὅσους γὰρ ἂν παῖδας ἐνεῖδον ὡραίους, καὶ τὸ εἶδος καλοὺς, καὶ τὴν ἄλλην τοῦ σώματος φύσιν δεξιοὺς, βίᾳ τῶν τεκόντων ἀφέλκοντες καὶ τῶν παιδογόνων μορίων σιδήρῳ στερίσκοντες, ἐκείνους μετὰ πολλῶν χρημάτων ῥωμαίοις ἐπίπρασκον.

περὶ ἀβασγῶν καὶ ὅτι ἡ ἐκεῖ [illegible]

His Artemius cognitis, classem parat, urbemque custodia munit, ipse Niceæ degens, quæ est Bithyniæ Metropolis. Seditiosi uerò, terra marique Chrysopolim peruenerunt, ac nauales pugnæ aliquandiu sunt commissæ. Deinde in Thraciam peruectus Theodosius, per murum Blachernium, opera proditorũ, magnam urbem intrauit, unaque cum eo classiarij & milites, qui magnam pecuniam ex ædibus rapuerunt, & principibus, qui Artemium defendebant, ac Germano Patriarcha comprehensis, Nicæam discesserunt, Artemio urbem & Regiam iam esse occupatas ostendentes. Is igitur habitu monachi sumpto, acceptaque fide, nihil sibi preterea mali timendum, eis sese tradidit, ac Thessalonicam est relegatus, cum unum annum & tres menses regnasset.

Artemius fit monachus.

IMPERIVM THEODOSII
Adramytteni.

Imperio autem potitus est Theodosius Adramytten⁹, uir bonus ille quidẽ, honestæque uitę, sed ignauus & ad rerũ administrationẽ & tractationẽ, regni præsertum minimè idone⁹. Cęterũ Leo qui & Conon, ab Artemio, cuius tum quoque studijs prę se ferebat, dux Oriẽtis designatus, Theodosio non cessit, cum etiam Artabasdum Armenium, Armeniacorum ducem suffragatorem haberet. Inde igitur cum suis legionibus Nicomediam digressus est, ubi Theodosij filium cum Regio instrumento deprehensum, Chrysopolim perduxit. Ei Theodosius citra dimicationem regno cessit, unaque cum filio rasus in clericum, accepta fide nihil in se consultum iri grauius, uitæ reliquum tranquillè exegit, quum biennium imperasset.

Leo Theodosiũ in ordinẽ cogit.

IMPERIVM LEONIS
Isauri, qui & Conon.

Dehinc Imperij dignitatẽ Leo præter dignitatem est cõsecutus, qui patriam habuit Isauriam, atque inde unà cum parentibus ab Imperatore Iustiniano, antequàm Imperio eiectus esset, trãslatis, Mesembriæ Thraciæ urbe uitam egit. Pulso autem Iustiniano, & à Bulgaris in regnum reducẽdo, progressus obuiam, ei munera obtulit: eaque de causa Spatharij dignitatem statim est consecutus, &, recuperato ab illo Imperio, eius familiaritate usus. Deinde ad Alanos, siue Albanos (sic enim uocantur à uetribus) missus est, ut eos contra Abasgos, qui à Romanis defecerant, concitaret. Parebant autem, ut Cęsariensis Procopius refert, duobus suis popularibus, quorum alter partem Orientalem, Occidentalem alter gubernabat. Vterque porrò gentem ex auaritia malè tractabat. Nam quoscunque pueros formosos & corporibus elegantibus inueniebant, eos ui parẽtibus ereptos castratosque, Romanis Eunuchorũ amore semper attonitis,

Occasiones incrementorum Leonis

Abasgorũ historia.

magna

magna pecunia uendebant, eorumq́ patres occidebant, ne quando propter filios irati, seditionem mouerent. Erat igitur apud Abasgos filiolũ pulchrũ genuisse maximũ infortunium, eam elegantiã morte luentes. Ac Abasgi sic à suis magistratibus tractabãtur. Iustinianus autẽ primus, misso ad eos imperatorio eunucho quodam, eorũ populari (multi enim tales in Romana curia uersabantur) magistratibus eorum interdixit, ne quem in posterũ inuitum castrarent: capturos enim laborem inanem, nemine Romanorũ castratos eorũ empturo. Hoc Abasgi cupidissimè acceperunt, edictoq́ imperatoris Romanorũ freti, deinceps magistratibus suis in ea re nõ cesserunt, qui & ipsi iam segniores ad id facinus erant redditi. Pòst etiam, utriq́ magistratu abrogato, suis uiuere legibus uoluerunt, cum ad id usq́ tẽpus Christianæ religionis rudes essent, & lucos ac syluas uenerarẽtur, & arbores Barbarica simplicitate pro Dijs haberent. Sed Iustiniano studio fuit, eos ad pietatẽ traducere, missisq́ sacris uiris Dei cognitione barbaros imbuit: extructaq́ præclara æde Deiparæ, & sacerdotibus in ea collocatis, eas à uita planè Barbarica ad mores Christianorum traduxit. Ex eo nemini parentibus Abasgis, Imperatores Romani magistratus miserunt, à quibus res administrabantur. Qui cum iniurij essent, ac populum crudelius tractarent, ueriti ne prorsus in seruitutem à Romanis redigerentur, defecerũt, neq́ amplius magistratum Romanũ admiserũt. Ea de causa Iustinianus is, qui naso mutilatus fuit, eos ulturus, Leonem Spatharium ad Alanos mittit cũ maxima pecunia, ut eos contra finitimos Abasgos armaret. Eò profectus Leo, & multos ibi annos cõmoratus, serò ægreq́ redijt, nec Iustiniano inuento (nam occisus erat) neq́ Philippico (pulsus enim erat, ut dictũ est, oculis etiam erutis) Artemiũ igitur tum imperantẽ conuenit, à quo benignè acceptus est, & Orientis præpositus. Pro eo igitur, ut dictum est, propugnans scilicet, Theodosio se opposuit, sceptrisq́ potitus est. O iudiciorum Dei abyssum incomprehensibilẽ. Sic adeptus Imperiũ, statim Artabasdo filiã despondit, & Curopalatæ honorem decreuit. Masalmas autẽ Arabum dux Abydo cum magnis copijs in Thraciam transuectus, magnã eius prouinciæ partẽ populatus est, impetuq́ in urbẽ Regiã facto, uallum iuxta terrestria mœnia posuit, atq́ ab ea parte ipse urbẽ oppugnauit, Solymas autem Archisatrapes eius, è mari cum maxima classe. Verùm naues eius tam bellicas quàm onerarias Romani Græco igni repulerunt, ut multi nauarchi, quorũ naues is nondũ attigerat, per desperationem se ad Imperatorem cõferrẽt. Et hoc modo pars maxima classis Arabicæ perijt. Romanæq́ legiones eos aggressæ, q in Bithynia prædabantur, multos occiderũt,

Masalmas & Solymas Arabes Byzantium obsident.

πολὺ τοὺς ἐκτομίας ἐπιπωλουμένοις ἔσχον. οἱ δὲ τούτων πατέρας δυσθεῖς ἐκτείνειν, ἵνα μὴ ποτὲ μηνιῶντες διὰ τὰς παιδίας, ἐπιβουλεύσωσι κατ' αὐτῶν ἐπανάστασιν. καὶ ἦν παρὰ τοῖς ἀβασγοῖς τὸ παῖδα τεκεῖν ἀγαθὸν τὴν ὄψιν δυστύχημα μέγιστον, διὰ τὸν παίδων δυσπρεπεῖς ἀπαρασομένοις τὸν θάνατον. καὶ οὕτω μὲν τοῖς ἀβασγοῖς οἱ σφῶν περιφέροντες ἄρχοντες. ἰουστινιανὸς δὲ ὁ πρῶτος σταλὰς παρ' αὐτοῖς τινὰ τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις εὐνούχων, σφίσιν ὁμογενῆ (πολλοὶ γὰρ περὶ τὰς ῥωμαίων ἀρχὰς τοιοῦτοι ἐτρέφοντο) ἀπεῖπε τοῖς ἡγεμόσι τῶν ἀβασγῶν, μηκέτι μηδένα τὴν ἀρρενωπίαν ἐκτέμνεσθαι βιαζομένου. πλουτήσειν γὰρ τὴν πρᾶξιν αὐτοῖς εἰς κενὸν, μηδενὸς ῥωμαίων πρίασθαι βουλομένου τοὺς ἐκτομίας αὐτῶν. καὶ τοῖς ἀβασγοῖς ἀσμενιστὰ προσεδέχθη, καὶ τῇ ἐπιταγῇ τοῦ βασιλέως ῥωμαίων θαρρήσαντες, τὸ λοιπὸν πρὸς τὸ ἔργον εἶχον τοῖς ἄρχουσιν αὐτῶν ἐχ ἐπείκοντες, κἀκεῖνοι δὲ πρὸς τὴν πρᾶξιν ἀπονωθέστεροι. εἶτα καὶ ἄμφω τοὺς αὐτῶν ἀρχηγοὺς καθελόντες, ἔθελον βιοτεύειν αὐτόνομοι. μέχρι μὲν τοι τότε καὶ τῆς τῶν χριστιανῶν θρησκείας ἦσαν ἀμύητοι, ἄλση δὲ καὶ ὕλας ἐσέβοντο καὶ τὰ δένδρα τοῖς ἐξ ἀφελείας βαρβαρικῆς εἰς θεοὺς ἐνομίζοντο. ἰουστινιανὸς δὲ μεταθεῖναι σφᾶς πρὸς εὐσέβειαν ἀποδιδάσμα ἔθετο, καὶ σταλέντες παρ' αὐτοῖς ἱεροὶ ἄνδρες δι' αὐτῶν ἐπιγνῶσιν αὐτοὺς μετήνεγκαν τοῦ θεοῦ. ὅτε καὶ θεῖον ἐν ἀβασγοῖς τῆς θεοτόκου ἱδρύματο τέμενος, καὶ ἱερεῖς ἐγκατέστησε. καὶ οὕτως εἰς ἤθη τὰ τῶν χριστιανῶν αὐτοὺς μετήγαγεν ἐκ τοῦ πάνυ βαρβαρικοῦ. ἐντεῦθεν ὑπ' οὐδενὸς ἀρχομένων τῶν ἀβασγῶν, οἱ βασιλεῖς ῥωμαίων ἔστελλον ἄρχοντας, καὶ ὑπ' ἐκείνων αὐτοῖς διετάττοντο τὰ πράγματα. χαλεπανάντων δὲ τῶν στελλομένων εἰς ἀδικίας, καὶ τυραννικώτερον χρωμένων αὐτοῖς, δείσαντες μὴ παντελῶς δουλωθῶσι ῥωμαίοις, ἀφίστανται, καὶ οὐκέτι δέχεσθαι ἄρχοντα ῥωμαίων ἐβούλοντο. διὰ τοῦτο τίσασθαι θέλων αὐτοὺς ὁ ῥινότμητος ἰουστινιανὸς, στέλλει τὸν σπαθάριον λέοντα πρὸς τοὺς ἀλανοὺς χρήμασι πλείοσιν κατὰ τῶν ἀβασγῶν ὁμόρων ὄντων αὐτοῖς, ὁπλίσαι τούτους βουλόμενος. ἐκεῖ τοίνυν ὁ λέων γενόμενος, καὶ συχνοὺς διατρίψας ἐν αὐτοῖς, ὀψὲ καὶ μόλις ἐπανελήλυθε, μήτε τὸν ἰουστινιανὸν εὑρηκὼς (ἀνῄρητο γὰρ) μήτε μὴν τὸν φιλιππικὸν (καθῄρητο γὰρ παρωσθεὶς, ὡς εἴρηται, καὶ τὰ ὄμματα) πρόσεισιν οὖν ἀρτεμίῳ βασιλεύοντι τότε. ὁ δὲ καὶ προσήκατο αὐτὸν εὐμενῶς, καὶ στρατηγὸν τοῦ τῶν ἀνατολικῶν προεχειρίσατο θέματος. τούτῳ γοῦν ὡς εἴρηται, δῆθεν ἀμύνων, αὐτῷ χεῖρα κατὰ τοῦ θεοδοσίου, καὶ τῶν σκήπτρων γέγονεν ἐγκρατὴς. ὢ θεοῦ κριμάτων ἄβυσσος ἀκατάληπτος. βασιλεύσας δὲ οὕτω αὐτίκα τὴν θυγατέρα τῷ ἀρταβάσδῳ συνῴκισε, κουροπαλάτην αὐτὸν τιμήσας. μασαλμᾶς δὲ ὁ τῶν ἀράβων ἀρχηγὸς ἐξ ἀβύδου σὺν μεγάλῳ στρατεύματι πρὸς θρᾴκην περαιωθεὶς, πολὺ μὲν τῆς θρᾳκῴας ἐλῄσατο χώρας, τῇ δὲ βασιλευούσῃ τῶν πόλεων προσβαλὼν, χάρακα παρὰ τοῖς κατὰ χέρσον αὐτῆς ἐπήξατο τείχεσι, καὶ ἦν μὲν αὐτὸς ἐντεῦθεν ταύτην πολιορκῶν, ἐκ δὲ θαλάσσης σὺν στόλῳ μεγάλῳ ὁ ἀρχισατράπης σολυμᾶς. ἀλλὰ τὰς μὲν νῆας αὐτῶν τάς τε πολεμιστηρίους τάς τε μὴν φορτηγοὺς τῷ ὑγρῷ πυρὶ ῥωμαῖοι κατετροπώσαντο. ὥστε πολλοὺς τῶν ναυάρχων, ὧν οὔπω ταῖς ναυσὶ τὸ ὑγρὸν τοῦτο προσήγγισε πῦρ, ἀπογνόντας προσφυγεῖν τῷ βασιλεῖ. τὸ μὲν οὖν πλεῖον τοῦ ναυτικοῦ τῶν ἀράβων οὕτω διώλετο. τοῖς δὲ κατὰ βιθυνίαν αὐτῶν ληϊζομένοις ἐντυχόντα στρατεύματα ῥωμαίων πολλὰ, πολλοὺς διεφθάρκασιν, ὡς τὸ

Ὅτι τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν οἱ ἀβασγοὶ καθελόντες ὑπὸ βασιλέως ῥωμαίων ἐδέχοντο ἄρχοντας.

Ὅτι ἄραβες τὸ βυζάντιον περιεκάθισαν, τὸ μὲν ἐκ γῆς, τὸ δὲ ἐκ θαλάττης, ἀλλ' οὐδὲν ἀνύσαντες ἀνεχώρησαν.

ὥστε καὶ ἐκείνους δείσαντας ἀποδρᾶσαι. τοὺς δὲ κατὰ Θρᾴκην τυγχάνοντας Ἄραβας, λιμὸς ἐπίεζε κραταιὸς, ὥστε οὐδενὸς τῶν θνησκόντων ζώων ἀπείχοντο. λέγεται δὲ καὶ σαρκῶν ἀνθρωπίνων αὐτοὺς ἅψασθαι, ἀλλὰ νόσος αὐτοὺς ἐνέσκηψε λοιμικὴ, καὶ διέφθειρε παμπληθεῖς. καὶ Βούλγαροι δὲ τούτοις ἐπελθόντες, πολλὰς χιλιοστύας αὐτῶν, ὥς τινες ἀναγράφουσι, μαχαίρας ἔθεντο παρανάλωμα. ὁ δὲ τῆς Σικελίας στρατηγὸς Σέργιος τὴν τῶν Ἀράβων κατὰ τῆς πόλεως ἐπέλευσιν γνοὺς, καὶ ὡς ἐν ἀκαταστασίᾳ τὰ Ῥωμαίων τυγχάνουσι, τυραννίδι καὶ αὐτὸς ἐπιχειρήσει, καὶ οὐχ ἑαυτὸν τῆς βασιλείας ἠξίωσε κλήσεως, ἀλλά τινα Γρηγόριον τῶν ὑπηρετουμένων αὐτῷ ἀναρρηθῆναι παρὰ τοῦ λαοῦ βασιλέα πεποίηκε, μετονομάσας τὸν ἄνδρα Τιβέριον, ὃς καί τινας εἰς ἀρχὰς γνώμῃ τοῦ Σεργίου προβεβίβασε. ταῦτ' ἀγγελθέντα τῷ Λέοντι, διανίστησιν αὐτὸν τῷ τυραννήσαντι ἀντεπεξελθεῖν, καὶ Παῦλον τὸν τῶν βασιλικῶν ἱπποκόμων ἐπιστατοῦντα, χαρτουλάριον ἡ Ῥωμαίων οἶδε τοῦτον λέγειν φωνὴ, πατρίκιον τιμήσας, καὶ στρατηγὸν Σικελίας ὀνομάσας, στέλλει κατὰ τοῦ ἀποστάτου, προστάγματα πρὸς τοὺς τῶν χωρῶν ἄρχοντας ἐγχειρίσας αὐτῷ, συναίρεσθαι τῷ Παύλῳ κελεύοντα, καὶ πρὸς τὴν ἐν Σικελίᾳ δὲ στρατιὰν γραφὴν ἐγχειρίσας, δηλοῦσαν καλῶς ἔχειν Ῥωμαίοις τὰ πράγματα, ἤδη τῶν Ἀράβων ἡττημένων καὶ κατατροπωθέντων διὰ τὸ πεῖλα. καὶ ταύτην τοῖς στρατιώταις ἐκπέμψει. καταλαβόντα φανέντα τὴν Σικελίαν τοῦτον αἰφνιδίως, καὶ εἰσελθόντα εἰς τὰς Συρακούσας μαθὼν ὁ Σέργιος, εὐθὺς ἀπέδρα, καὶ πρὸς Λογγιβαρδίαν ἐφοίτησε. τοῦ δὲ Παύλου προσομιλήσαντος τῷ στρατιωτικῷ, καὶ τὸ γράμμα τὸ βασίλειον ἀναγνόντος αὐτῶν εἰς ἐπήκοον, εὐθὺς ἐκεῖνοι τὸν μὲν βασιλέα ἐτίμησαν, καὶ εὐφήμησαν, τὸν δὲ Γρηγόριον καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν, δεσμίους τῷ Παύλῳ παρέδωσαν. καὶ ὃς τὸν μὲν Γρηγόριον ἀνεῖλε, τοὺς δ' ἐκείνου ὑπασπιστὰς μάστιξι, καὶ τὴν κόμην ἀποθρίξας αὐτοὺς, ὑπερορίᾳ κατέκλεισεν. ὁ δὲ Σέργιος πληροφορίαν λαβὼν, μή τινος πειραθῆναι κακοῦ, πρὸς τὸν Παῦλον ἐκ Καλαβρίας ἀφίκετο. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Σικελίαν οὕτως ἠρέμησαν. οἱ δὲ τὴν πόλιν πολιορκοῦντες Ἄραβες, παθόντες μᾶλλον ἢ δράσαντες, ἐπανελθεῖν εἰς τὰ οἰκεῖα ὥρμησαν, καὶ ἐς τὰς περιλειφθείσας ἐμβάντες νῆας, ἀπέπλευσαν. λαίλαπι δὲ περιπεσόντες σφοδρᾷ, πάντες ἀπώλοντο σὺν ταῖς οἰκείαις τριήρεσι, δέκα μόνον νηῶν περιλειφθεισῶν, ὧν αἱ μὲν πέντε παρὰ Ῥωμαίων ἑάλωσαν, αἱ δὲ λοιπαὶ διαφυγοῦσαι τῆς συμφορᾶς ἀπῆλθον ἄγγελοι. ἐτέχθη δὲ τῷ Λέοντι σκύμνος ὠμότερος τοῦ πατρὸς, καὶ τὴν μητέρα τούτου κεκλημένην Μαρίαν ἔστεψε λίαν, καὶ τὸν υἱὸν ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἐβάπτισε, Κωνσταντῖνον ὀνομάσας αὐτόν. ὃν λέγεται κόπρον αὐτὸν ἐκκρῖναι τῇ θείᾳ κολυμβήθρᾳ καταδυόμενον, κἀντεῦθεν ἐπονομασθῆναι Κοπρώνυμον, καὶ τὸν ἁγιώτατον πατριάρχην Γερμανὸν εἰπεῖν, ὅτι σημεῖον τοῦτ' ἐστὶ τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ τοῖς εὐσεβέσιν ἐρρωμένοις, μέγα τὸ παιδίον τοῦτο χρηματίσαι κακόν. ὁ δὲ μάγιστρος Νικήτας ὁ Ξυλινίτης τῆς ὑψηλῆς τυγχάνων, ἔπεισε τὸν Ἀρτέμιον ἐν Θεσσαλονίκῃ ὄντα τοῖς Βουλγάροις προσελθεῖν, καὶ συνεργίᾳ τούτων ἀναλήψεσθαι πάλιν τὴν βασιλείαν. καὶ ὃς πείθεται, καὶ μετὰ πλήθους Βουλγάρων ἧκεν εἰς τὸ Βυζάντιον, οἰόμενος παρὰ τοῦ λαοῦ προσδεχθήσεσθαι. τῶν δὲ τῆς πόλεως μὴ ἐπιστρεφομένων αὐτοῦ, οἱ Βούλγαροι τοῦτον πολλῶν χρημάτων τῷ Λέοντι προὔδωκαν, καὶ οἱ μὲν ἀπῆλθον. ὁ δὲ σὺν τῷ Ξυλινίτῃ ἀνῄρητο,

Ὅτι ὁ στρατηγὸς Σικελίας τυραννίδι ἐπιχείρησε.

[illegible]

Ὅτι ἐκ τῶν [illegible] αἱ ἄλλαι τῶν Ἀράβων ἀπώλοντο σὺν αὐτοῖς.

Περὶ τοῦ Κοπρωνύμου.

ut & illi territi aufugerent. Qui autē in Thracia erant Arabes, tanta fame premebantur, ut nullius animantis cadaueribus abstinerent, quin & humanis carnibus admotisse manus perhibentur. Prętetea pestilentia eos inuasit, eorumq́ turbas cōfertim absumpsit. Ad hæc Bulgari, ut quidam autores sunt, eos aggressi, multa millia ferro trucidarūt. Interea Sergius Siciliæ prætor, cognita urbis obsidione Arabica, & imperij perturbatione, tyrannidem et ipse affectauit, non sibi ipsi usurpato imperij titulo, sed ministrorum suorum quendā Gregorium curauit à populo Imperatorē salutandum, nomine eius in Tiberium commutato, qui de Sergij sententia quosdā ad Magistratus euexit. Hoc nuncio Leo commotus, de opprimendo tyranno cogitans, Paulum Imperatorijs equisonibus pręfectum, qui lingua Romana Chartularius dicitur, patricij dignitate ornatum, & Siciliæ prætorem designatū, contra seditiosum misit, tradito edicto ad prouinciarum præsides, quibus eum adiutare iubebantur, scriptisq́ ad Siciliensem exercitum literis, quibus Romanam rem bene se habere significabat, Arabibus iam uictis & profligatis. Eas quoq; literas Paulo tradidit, militibus reddendas. Quem cum ex insperato Siciliam tenuisse, ac Syracusas ingressum esse cognouisset Sergius: statim arrepta fuga uersus Longobardiam proficiscitur. Paulus uerò oratione apud milites habita, & literis imperatorijs recitatis, effecit, ut statim Imperatorē celebrarent, & Gregoriū cum suis uinctos traderent. Gregorium itaq; sustulit, satellites eius flagris cæsos rasaq; coma relegauit. Sergius promissa impunitate ad eum è Calabria uenit. Ita motus Siciliæ pacatus est. Arabes autē qui urbē obsidebant, pluribus malis acceptis quàm datis, reditū adornarunt, & reliquis nauibus conscensis discesserūt, sed uehementi turbine exorto perierūt omnes cū suis triremibus, x tantum nauibus exceptis, quarū v à Romanis captæ sunt, Reliquæ elapsæ, cladis nunciæ domum redierunt. Natus autē est Leoni catulus patre crudelior, cuius matrem Mariam diademate ornauit, & puerū in magna Ecclesia baptizauit, Cōstantini nomine indito: q cū in sacrosancta illa aqua r. ·gereī, fertur excreuisse stercus, unde Copronymus est cognominatus. Sed & sanctissimū Patriarchā Germanū dixisse aiūt, Id signū esse, q is puer sacra cōtaminatur*esset, & pietatis studiosis magno malo futur. Artemio Thessalonicæ degēti Nicetes Xylinites magister, uir summæ autoritatis persuasit, ut ad Bulgaros cōfugeret, eorūq́ opera imperiū recuperare conaret. Quod cū fecisset, & cū magna eorū multitudine Byzātiū uenisset, sed populo receptū iri existimās, nemo autē eū curaret: Bulgari eo magna pecunia Leoni prodito domū redierūt. Ille cū Xylinite interfectus est, & Xylinitę opes omnes

Sergiana seditio in Sicilia opprimitur per Paulum quendam.

Arabum in mari clades

Constantinus Copronymus.

Artemij & Xylinitæ interitus.

quæ

quæ magnæ erant, publicatæ. Sunt & alij ex Artemij coniuratis occisi, & præter cæteros summus Thessalonicensium sacerdos. Post hæc Leo filium suum imperatorem creat, festo coronationis à sancto Germano celebrato. Exinde cum Deo pugnare incipit, & contra uenerandas imagines insanire. Accersitoque Germano Patriarcha, negat colendas esse imagines, earumque adorationem idololatriam uocat. At Diuus ille pater: Bona uerba, inquit, imperator: ita sentire noli. Nā ista cogitatio planè impia est. Scio equidem cantari, fore ut ista hæresis agitetur. Tu uerò illius autor esse noli. Nam Conon quidam eam auspicaturus esse dicitur. Tum ille statim: Ego, inquit, is sum, & non alius. Conon enim infans à parentibus meis sum appellatus: & inclytum Germanum assentiri nolentem, ac potius magno animo refragantem, & peruersam illam opinionem arguentem, Ecclesia eiecit, cum eam XV annos gubernasset, & Anastasium quendam sibi assentientem, Patriarchā designauit. Nunc unde Leo in istam opinionem adductus, & huc impietatis progressus fuerit, exponam.

Leonis pugna cū imaginibus.

QVÆ LEONI IMPIETATIS occasio fuerit.

Hebræi duo prædicti imperij mercedem, abolitionem imaginum impetrant.

Zitho Arabum principatum modò adepto, Hebræi duo arte præstigiatores, etsi futurarum rerum ex astrologia prædictionem profiterentur: imperium & diuturnam uitam pollicebantur, si Christi & matris eius imagines è Christianis Ecclesiis eiecisset. Paret haud segniter Barbarus, omnesque uenerandas imagines in templis omnibus suæ ditionis abolet: nec multò pòst miserum diuina uindicta consequitur, anno nondum elapso mortuum. Cuius filius regni successor, cum falsos illos uates ob deceptum parentem ad supplicium quæritaret: illi iam in Isauriam transfugerant. Ibi cum in hunc Leonem tum adolescentem opificem incidissent, imperium ei Romanum prædicūt. Qui cum suam fortunam intuens, infinito interuallo à tāto imperio seiunctam, illorum oraculis fidem abrogaret: illi euenturum id quod prædixissent, constanter asseuerabant, eumque iureiurando obstringebant, ut se, imperio potitus, uoti compotes redderet. Iurat ille se facturum. Potitum igitur, ut dictum est, Romano imperio, idque nouum iam annum tenentem, qui id ei uaticinati fuerant, conuenere, prædictionis mercedem flagitantes. Non recusat Leo, ac dicere iubet quid petant? At profani illi duo Iudæi, neque diuitias, inquiunt, postulamus, neque dignitatis alicuius fastigium ambimus, neque ullum Imperij splendorem, sed illud duntaxat, ut Nazareni & genitricis eius imagines ubique tollantur. Tum

καὶ ἡ τοῦ ξυλίνου ἐκείνης οὐσία πολλὰ, δημευομένη ξύμπασα, καὶ ἄλλοι δὲ τῶν συνωμοτῶν τοῦ Ἀρτεμίου ἐκτάνθησαν, πρὸς οἷς καὶ ὁ τῆς Θεσσαλονίκης ἀρχιερεύς. εἶτα τὸν υἱὸν αὐτοῦ Κωνσταντῖνον ὁ Λέων βασιλέα ποιεῖται, στεφθέντα παρὰ τοῦ ὁσιωτάτου Γερμανοῦ τῆς ἐπὶ τῇ στεψάσει τελετῆς. καλῶς δὲ ὡς φ- τοῦθεν ὁ Λέων ἄρχεται τοῦ θεομαχεῖν, καὶ κατὰ τῶν σεπτῶν εἰκόνων λυττᾶν. καὶ τὸν πατριάρχην μεταπεμψάμενος Γερμανὸν, μὴ δεῖν ἔλεγε τὰς εἰκόνας τιμᾶσθαι, εἰδωλολατρείαν γὰρ τὴν τούτων ἀποκαλεῖ προσκύνησιν. ὁ δὲ θεῖος ἀνὴρ ἐκεῖνος, Εὐφήμει βασιλεῦ ἔφη, καὶ μὴ οὕτω φρόνει. ἀσεβὲς γὰρ ἄντικρυς τὸ φρόνημα. καὶ οἶδα μὲν, ἀκήκοα τὸ μέλλειν κινηθῆναι ταύτην τὴν αἵρεσιν. ἀλλὰ μὴ σὺ γένῃ ὁ ταύτης εἰσηγητής. Κόνων γάρ τις ὀνομαζόμενος ταύτης μέλλειν κατάρχεσθαι λέγεται. καὶ ὃς ὑπολαβὼν αὐτίκα φησὶν, ἐκεῖνος ἐγώ εἰμι, καὶ οὐχ ἕτερος. Κόνων γὰρ παρὰ τῶν γονέων νηπιόθεν ὠνόμασμαι. τὸν μὲν οὖν ἀοίδιμον Γερμανὸν μὴ πεισθέντα συνθέσθαι τῇ γνώμῃ αὐτοῦ, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ γενναιότατα ἀντιλέγοντα, καὶ τὴν αὐτοῦ κακοδοξίαν ἐλέγχοντα, τῆς ἐκκλησίας ἐξώθησεν, ἔτη ταύτην ἰθύναντα πεντεκαίδεκα, Ἀναστάσιον δέ τινα εἰς πατριάρχην ἑαυτῷ ὁμόφρονα προχειρίζεται. τοῦ δ' οὖν οὕτω φρονῆσαι τὸν Λέοντα καὶ εἰς τοῦτο προελθεῖν ἀσεβείας, ἔχω τὴν αἰτίαν ἐρεῖν.

ὅτι ἔστεψε τὸν κωνσταντῖνον ὁ λέων.

ὅτι κατὰ τῶν ἁγίων εἰκόνων ὁ λέων ὡς τὸ φανερὸν ἐμάνη.

περὶ κόνωνος.

ΟΘΕΝ Ο ΛΕΩΝ ΕΙΣ ΤΗΝ ἀσέβειαν προήχθη.

Ἐζίδου τῶν ἀράβων ἀρχὴν ἄρτι γεγονότος, καὶ τούτῳ προσίασιν ἑβραῖοι δύο τὴν ἐπιτήδευμα γόητες, οἳ δὲ ἀστρολογίαν ἔλεγον μετιέναι, κἀντεῦθεν εἰδέναι τὰ μέλλοντα, καὶ ὑπὸ ἄραβι τὴν ἀρχὴν ἐπαγγέλλοντο καὶ τὴν ζωὴν πολυχρόνιον, εἰ τῶν ἐκκλησιῶν τῶν χριστωνύμων τὰ τοῦ χριστοῦ καὶ τῆς αὐτὸν τεκούσης ἐκβάλοι ἐκτυπώματα. καὶ ὁ βάρβαρος οὐκ ἐμέλλησεν, ἀλλ' ἐκ πάντων τῶν ἐν τῇ ὑπ' αὐτὸν τελούσῃ χώρᾳ ναῶν τὰς σεπτὰς εἰκόνας ἠφάνισε. καὶ ἡ θεία δίκη τοῦτον μετῆλθεν οὐκ εἰς μακράν. οὔπω γὰρ παρῆλθεν ἐνιαυτὸς, καὶ ὁ δείλαιος τῆς ζωῆς ἐζημίωτο. ὁ δὲ τούτου παῖς τῆς ἀρχῆς διάδοχος γεγονὼς, τοὺς ψευδομάντεις ἐκείνους ἐζήτει τῆς εἰς τὸν τεκόντα ἀπάτης αὐτοὺς τίσασθαι προθυμούμενος. ἀλλ' ἔφθασαν ἐκεῖνοι φυγῇ χρήσασθαι, καὶ εἰς Ἰσαυρίαν κατέντησαν. ἔνθα προσεντυχόντες τούτῳ τῷ Λέοντι νεανίᾳ τυγχάνοντι βάναυσον τὸ ἐπιτήδευμα, τὴν τῶν Ῥωμαίων προμαντεύουσι βασιλείαν. τοῦ δὲ πρὸς τὴν οἰκείαν ἀφορῶντος τύχην, ἀφεστηκυῖαν ὡς πόρρω τοιαύτης ἀρχῆς, καὶ τοῖς ἐκείνων διαπιστοῦντος χρησμοῖς, ἐκεῖνοι συμβήσεσθαι τὴν πρόρρησιν ἀπισχυρίζοντο κραταιῶς, καὶ ἀπῄτουν αὐτὸν δι' ὅρκου πληροφορῆσαι αὐτοὺς, ὅτι τύχοι τῆς βασιλείας, δοῦναι σφίσιν ὃ ἂν αἰτήσωνται. κἀκεῖνος ὤμνυσιν, ἢ μὴν τῆς βασιλείας τυχὼν ἐκτελεῖν αὐτῶν ποιῆσαι τὴν αἴτησιν. ὁ μὲν οὖν ὃν εἴρηται τρόπον τῆς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἐκράτησεν. οἱ δὲ τούτῳ ταύτην προμαντευσάμενοι, γνόντες ἤδη ἔτος τῆς αὐταρχίας ἀνύοντι προσῆλθον αὐτῷ, καὶ ὅπως ἀποδοῦναι αὐτοῖς τὸν τῆς προρρήσεως τὸν μισθόν. καὶ ὁ Λέων ἕτοιμος ἦν πρὸς τοῦτο, καὶ λέγειν ἠξίου, τί τὸ αἰτούμενον; καὶ ἡ βδελυρὰ ἐκείνη τῶν ἰουδαίων δυὰς, οὔτε πλοῦτον, ἔφασαν, δοθῆναι ἡμῖν ἐξαιτούμεθα, οὔτε πρὸς δόξης ἀναχθῆναι περιωπὴν οὐδ' ἐπιζητοῦμέν τι τῆς βασιλείας λαμπρόν, ἀλλ' ἢ μόνον τὸ τὰ τοῦ ναζωραίου καὶ τῆς αὐτὸν τεκούσης ἀφανισθῆναι πανταχόθεν ἐκτυπώματα. καὶ ὃς ἀβέβαιος

ὢν πρὸς

ὅτι οἱ τὴν βασιλείαν προμαντευσάμενοι ἑβραῖοι τῷ λέοντι, τὴν τῶν ἁγίων εἰκόνων καθαίρεσιν ᾔτησαν.

ἀν περὶ τὴν πίστιν, ὥσπερ τι τῶν εὐκόλων καὶ ῥᾴστων τοῦτο ποιήσειν συνέθετο, καὶ τὸ δέκατον ἄρτι γινόμενος τῆς αὐτοῦ τυραννίδος ἀρξάμενος, καὶ τὸ θεομαχεῖν ἤρξατο, καὶ μετὰ φρικώδους βρυχήματος ἐπὶ τὰς σεπτὰς εἰκόνας ὡρμήσατο, καὶ διωγμὸν βαρύτατον ἤγειρε, πολλούς τε ἀνθισταμένους τῇ ἐξαγίστῳ γνώμῃ αὐτοῦ ἐκόλασε, καὶ μάρτυρας ἀπειργάσατο, πρὸς δὲ τοῖς ἄλλοις, οἷς ἐπὶ τῶν εὐσεβούντων ἐτόλμησε, καὶ τοῦτο πεποίηκεν. οἶκος ἦν ἐν τῇ καλουμένῃ βασιλικῇ ἔγγιστα τῶν χαλκοπρατείων βασίλειος, ἐν ᾧ αἱ βίβλοι τῆς τε θύραθεν σοφίας, καὶ τῆς εὐγενεστέρας καὶ θειοτέρας πολλαὶ ἀπέκειντο. ἦν δ' οὗτος οἰκητήριον τοῦ προύχοντος ἐν λόγοις ἐκ παλαιοῦ κατοικητήριον, ὃν οἰκουμενικὸν ἐκάλουν διδάσκαλον. ὃς καὶ δώδεκα εἶχεν συνοικοῦντας αὐτῷ, κἀκείνους τῆς λογικῆς παιδείας ἀντέχοντας κατὰ τὸ ἀκρότατον. τούτοις καὶ σιτήσεις ἀπένεμον δημόσιαι. καὶ παρ' αὐτοὺς ἐφοίτων οἷς ἔμελε λογικῆς παιδείας καὶ γνώσεως. οὓς καὶ οἱ βασιλεύοντες συμβούλους ἐν τοῖς πρακτέοις ἐπεποίηντο. τούτους οὖν ὁ Λέων, εἰ τῆς ἑαυτοῦ πείσειε γνώμης, ἔκρινε τὸ πᾶν κατεργάσασθαι. καὶ τοὺς ἄνδρας μετακαλεσάμενος, τὴν περὶ τῶν σεβασμίων γνώμην αὐτοῦ τὴν πονηρὰν αὐτοῖς ἐκοινώσατο. οἱ δὲ οὐχ ὅπως οὐχ ὁμοδοξοῦσιν αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν μεταστῆσαι τῆς γνώμης ταύτης ἐπιχειροῦσιν ὁλοσχερῶς, τῇ μὲν καταψῶντες τὸν θῆρα τὸν λεοντώνυμον, καὶ κατεπᾴδοντες αὐτοῦ τὰ σωτήρια, τῇ δὲ γενναιότερον ἀντιβαίνοντες, καὶ διελέγχοντες αὐτοῦ τὴν ἀσέβειαν. ὁ δὲ ὡσεὶ ἀσπὶς ἔβυε τὰ ὦτα, καὶ φωνῆς ἐπᾳδόντων οὐκ ἤκουεν, οὐδ' ἐφαρμακεύετο παρὰ τῶν σοφῶν. πολλάκις δὲ αὐτοῖς προσομιλήσας, καὶ τῆς αὐτῶν μεταθέσεως ἀπογνούς, τοὺς μὲν ἀφῆκεν ὡς τὴν σφετέραν πορευθῆναι διατριβὴν τὸν οἶκον ἐκεῖνον δηλαδὴ τὸν βασίλειον. αὐτὸς δὲ κελεύσας ξηρὰν ὕλην συναχθῆναι πολλήν, καὶ πέριξ τοῦ οἴκου τεθεῖσαν ἀναφθῆναι νυκτός, οὕτω τόν τε οἶκον σὺν ταῖς βίβλοις καὶ τοὺς σοφοὺς ἐκείνους ἄνδρας καὶ σεβασμίους κατέκαυσε. διὰ ταῦτα ὁ τῆς πρεσβυτέρας τότε ῥώμης τὴν ἐκκλησίαν ἰθύνων γρηγόριος, τῆς πρὸς τὸν τῆς νέας ῥώμης προεδρεύοντα, καὶ τοὺς ἐκείνῳ ὁμόφρονας ἀποστὰς κοινωνίας, ἐκείνους μὲν σὺν τῷ βασιλεῖ, συνοδικῷ καθυπέβαλεν ἀναθέματι, τοὺς δὲ μέχρι τότε τῇ βασιλείᾳ κομιζομένους ἐκεῖθεν φόρους, ἐπέσχε, τοῖς φράγγοις σπεισάμενος, ὅθεν αὐτοῖς ἀφορμὴ γέγονε τοῦ κυριεῦσαι τῆς ῥώμης. οὐ γὰρ τοῦ τῶν ῥωμαίων γένους οἱ φράγγοι, ἀλλὰ γερμανικὸν ἔθνος τούτους εἶναί φησι, τὴν ποικίλην ἱστορίαν ὁ καισαρεὺς προκόπιος συγγραψάμενος, περὶ τὸν ῥῆνον ποταμὸν καὶ τὸν ῥοδανὸν καὶ τὰς ἐκεῖσε λίμνας πάλαι κατῳκημένον. τοῦ δὲ Βελλισαρίου στρατηγοῦντος ῥωμαίων ἐπὶ τοῦ προτέρου ἰουστινιανοῦ, καὶ γότθοις ἀντιπαλαμωμένου περὶ ἰταλίας καὶ τῶν ἐν ταύτῃ πόλεων καὶ τῆς ῥώμης αὐτῆς (παρὰ γὰρ τῶν γότθων κατείχοντο) τότε καὶ τοὺς φράγγους ἱστορεῖ τῇ ἰταλίᾳ ἐμβαλεῖν. τοὺς μέντοι γότθους μὴ οἵους τε ὄντας ῥωμαίοις καὶ τοῖς φράγγοις ἀντικαθίστασθαι, πρὸς τοὺς φράγγους θέσθαι σπονδάς, καὶ τὸν πρὸς ἐκείνους διαλύσασθαι πόλεμον, παρακεχωρηκότας αὐτοῖς τῶν γαλλιῶν, ὅσαι περ αὐτοῖς προσεγίνοντο. καὶ τὴν πρᾶξιν ταύτην, καὶ αὐτὸν ἐπικυρῶσαι τὸν ἰουστινιανὸν βασιλέα γραφῇ, τοῦτο δεηθέντων τῶν φράγγων, πραγματευόμενον τὸ μὴ ῥωμαίοις πολεμοῦσι πρὸς γότθους ἀντιστῆναι τοὺς φράγγους, ἀλλ'

περὶ τοῦ οἴκου τῶν χαλκοπρατείων [illegible] οἰκουμενικοῦ διδασκάλου καὶ τῶν ἐν αὐτῷ βιβλίων, καὶ τῶν [illegible] ἀνδρῶν.

ὅτι διὰ τὴν ἀσέβειαν τοῦ [illegible] ῥώμης [illegible] φράγγοι ἐκυρίευσαν, καὶ [illegible] ὅτι γερμανικὸν ἔθνος οἱ φράγγοι καὶ οὐ ῥωμαῖοι.

ille parũ firma fide præditus, quasi res leuis ac facilima esset, se ita facturum pollicetur, & decimum suæ tyrannidis annum auspicans, unà etiam bellum contra Deum auspicatur, & cum terribili rugitu uenerandas imagines inuadit, grauissimam'que persequutionem excitat, multos detestandæ suæ uoluntati aduersantes punit, ac martyres facit. Ac præter cætera, quæ in pios ausus est, illud etiam designauit. Domus erat in Basilica proximè forum ærarium regia, in qua multi codices & humanæ, & generosioris ac diuinæ sapientiæ asseruabantur, ab antiquis temporibus ei ad habitandum attributa, qui eruditione excelleret, quem œcumeni cum doctorẽ appellabãt. Is XII contubernales habebat excellenter eruditos. His publicus uictus præbebatur: hos eruditionis & cognitionis auidi accedebãt: hos, Imperatores ad rerũ gerendarũ cõsilia adhibebãt. Eos Leo si cepisset, & in suã sententiam pertraxisset, omnia sibi confecta fore putabat. Accersit igitur uiros, improbam que suam de uenerandis imaginibus opinionem cum eis communicat. Qui adeò non sunt assensi, ut & ipsum ab ea opinione prorsus abducere conarentur, partim demulcendo ferãm illam, & salutaribus carminibus incantando, partim confidentius aduersando, & eius impietatem coarguendo. Sed ille instar aspidis obturabat aures, & uocem incantantis non admittebat, neque medicinam accipiebat è sapientibus. Quum igitur sæpe cum eis egisset, persuadendi spe abiecta: eos domum dimisit in ædes illas regias, multam'que materiam aridam circum eos collocatam noctu incendi iussit, atque ita ædes cum libris, & doctos illos ac uenerabiles uiros combussit. Qua de causa Gregorius, qui tum Romæ ueteris Ecclesiam gubernabat, repudiata societate præsidis nouæ Romæ, necnon eorum qui illum sequerentur, illos unà cum imperatore synodico anathemate obstrinxit, & uectigalia quæ ad id usque tempus imperio inde pendebantur, inhibuit, icto cum Francis fœdere. Vnde illi occupandæ Romæ occasionem habuerunt. Neque enim Romani generis sunt Franci, sed (ut in Varia historia tradit Cæsariensis Procopius) gens Germanica, quæ olim circa Rhenum flumen & Rhodanum & paludes illorum locorum habitauit. Cum autem Bellisarius sub priore Iustiniano ductaret exercitum, & cum Gothis de Italia & urbibus Italicis, ipsaq; Roma, quæ tum à Gothis tenebantur, decertaret: tum Francos etiam narrat Italiã inuasisse: & Gotthos qui simul & Romanis & Francis resistere non possent, cum his, omisso bello, pacem fecisse, concessis Gallijs quæ eis accesserant: atque id factum, ipsum etiam Iustinianum, Francis petentibus, imperatorijs literis confirmasse, eo consilio, ne Romanis Gotthos oppugnantibus impedi-

Oecumenicus magister cũ duodecim collegis exustus.

Gregorius Papa Romanus ab imperatore defecit, & pacem cũ Frãcis facit.

Galliæ à frãcis occupatæ.

mento essent, sed eius confirmationis gratia, pacem agerent. Vnde Germani Massiliam Phocæensium coloniã & loca maritima omnia occuparint, & illo mari sint potiti, & magnam etiam Venetiarum partem obtinuerint. Ita Francos cum in Italorum uicinia consedissent, ab eo tempore non destitisse finitimos Romanos bellis lacessere, eorumq́ prouincias populari. Igitur Papa Gregorius deserta imperatoris obedientia, ut dictum est, ob peruersam illius opinionem, pacem cum Francis fecit, quum prius sæpe dedisset operam, ut Leonem per literas ab odio Dei reuocaret, atque ad cultum sacrarum imaginum reduceret. Sed id planè erat Æthiopem lauare. Tantum enim aberat ut resipisceret, ut etiam furore contra Orthodoxos percitus, multos supplicio afficeret, & confessionis coronis ornaret. Calabros & Siculos nouis tributis onerauit, ac more Iudaico tributum capitum pendere, & mares qui apud illos nascebantur, describi iussit.

Constantini nuptiæ.

Filio iam adulto filiam Chagani Scytharum ducis despondit, eamq́ baptizatam Irenem uocauit, quæ mariti errorem non amplexa est, sed pium dogma quo imbuta fuerat, constanter tenuit.

Terræmotus.

Terræmotu uehementi multa templa & domus Byzantij corruerũt, magna hominum multitudine ruinis oppressa. Tunc & Arcadij statua in Xerolophi columna posita concidit, & Theodosij statua in aurea porta & obuersa continenti urbis mœnia. Corruerunt & Nicomedia & Nicæa, Bithyniæq́ metropoles. Ruinam murorum tyrannus Leo ad lucri occasionem detorsit.

Tributum nouum.

Nam urbano populo per præconem edixit, cum mœnia celeriter instaurare nõ posse, neque uerò expedire ciuitati, ut diu mœnibus careat, itaq́ se iussisse publicis tributis accessionem adiungi, uicenos quaternos denariolos in singula nomismata: quibus in fiscum relatis, mœnia sumptibus imperatorijs instaurentur. Ea exactio ab illo tempore etiam nunc durat. Sic infelix Leo, quum in Reipublicæ

Obitus Leonis.

perniciem annos uigintiquatuor imperasset, ex morbo intestinorium animam infeliciter eructauit.

IMPERIVM CONSTANtini Copronymi.

Elogia Copronymi.

ROmanum imperium unà cum paterna impietate ignominiosus eius filius suscepit, qui patris improbitatem longo interuallo superare studuit. Neq; enim contra uenerabiles imagines duntaxat insaniịt, sed & præstigijs fuit deditus, & uictimarum dissectionibus, & euocationibus manium, alijsq́ infandis rebus. Denique nullo scelere abstinuit, non uniformi, sed multiplici improbitate præditus, non Christianus, non paganus, non Iudæus, sed colluuio quædam impietatis, instar Africa-

τρόπαιον. καὶ ἔδοξεν μέγαν αὐτὸν ἢ πρότερον ἐν στρατηγίαις ἡ φήμη ἐκήρυττεν, ὅδε δὲ δευτέρῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ ὁ νικηφόρος ἐν τῇ ἀρχῇ, αὐτὸς ἔξεισι τῆς κιλικίας μετὰ βαρείας χειρός, καὶ τὴν θεοφανὼ μετὰ τῶν παίδων αὐτῆς ἐπαγόμενος, καὶ τὴν μὲν πρὸ τῆς κιλικίας τὸ δρυζίβιον (φρούριον δὲ τοῦτο) κατέλαβε, ἐκεῖθεν δὲ τῇ κιλικίᾳ προσβαλών, αἱρεῖ τὴν ἀνάβαρζαν, ῥῶσόν τε καὶ ἄδανον (πόλεις δ' αὗται κιλίκων) ἀλλὰ μὴν καὶ φρούρια πλείονα. τῇ δὲ γε ταρσῷ καὶ τῇ μοψουεστίᾳ οὐκ ἔκρινε προσβαλεῖν διὰ τὸν χειμῶνα, ἢ τὸν ἔρωτα αὐτὸν τῆς θεοφανοῦς πρὸς ἐκείνην ἀνθέλκοντα. ἀπῄει γὰρ σὺν αὐτῇ πρὸς καππαδοκίαν, κἀκεῖθεν τοῦ ἔαρος ἀρχομένου εἰς κιλικίαν αὖθις ὑποστρέψας, καὶ αὐτὸς μὲν τὴν μοψουεστίαν ἐπολιόρκει, τῇ ταρσῷ δὲ τὸν ἀδελφὸν ἐπέστειλε λέοντα. τῆς δὲ μοψουεστίας μέσον ποταμῷ τῷ σάρῳ διαιρουμένης, τὸ μὲν ἓν μέρος ταύτης ἑάλω πολιορκούμενον, οἱ δ' ἐν τούτῳ ἀγαρηνοὶ πρὸς τὸ λοιπὸν μετεχώρησαν τὸ καταλελειμμένον πῦρ ἐμβαλόντες. ἑάλω καὶ τὸ ἕτερον, καὶ οὐδεὶς ἐκεῖθεν διέδρα. τὴν δὲ τῆς μοψουεστίας ἐκπόρθησιν οἱ ἐν τῇ ταρσῷ μαθόντες, τὸν βασιλέα ἐπικαλεσάμενοι, ἐκείνῳ τὴν πόλιν παραδεδώκασιν. ἡμερῶν δὲ τριῶν διελθουσῶν στόλος ἐξ αἰγύπτου τῇ ταρσῷ βοηθήσων κατέπλευσε. προσπελάσαι δὲ τῇ χέρσῳ οὐ συγκεχωρημένος, διὸ καὶ αὖθις ἀπέπλευσεν, ἀνέμων δὲ βιαίαις πνοιαῖς περιπεπτωκὼς καὶ τριήρεσι ῥωμαϊκαῖς ὁ πλείων ἀπώλετο. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπανιὼν ἐν τῇ κωνσταντίνου, τὰς τῆς ταρσοῦ πύλας καὶ τὰς τῆς μοψουεστίας ἐπαγόμενος, ἐκ χαλκοῦ πεποιημένας, καὶ τέχνας δαπανήσας ἀκριβεστέρας, ὡς κόσμον ἐπικοσμήσας, τὰς μὲν ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν ἑῴῳ τείχει προσήρμοσε, τὰς δὲ τῷ τείχει τῷ δυτικῷ. καὶ τῷ θεῷ δὲ ἀπαρχὰς οἷον τῆς αὐτοῦ στρατείας ἐκδίδωσι, τοὺς τιμίους σταυρούς, οὓς οἱ βάρβαροι ἔλαβον, ὁπηνίκα ὁ στυππειώτης τῶν σχολῶν δομέστικος ὢν καὶ πολιορκῶν τὴν ταρσόν, ἐκ κακοβουλίας δυστυχήματι περιέπεσε, τῷ θείῳ τεμένει τῆς τοῦ θεοῦ λόγου σοφίας ἀνέθετο, καὶ τὴν κύπρον δὲ παρὰ ἀγαρηνῶν κατεχομένην, δι' αὐτοῦ ἡ ῥωμαίων ἀρχὴ προσεκτήσατο. εἶτα τῇ συρίᾳ ἐπῆλθε, καὶ πόλεις ἐκπορθήσας ἔν τε χώρας ἐλθὼν πρὸς τῷ λιβάνῳ καὶ τῇ παραλίᾳ κειμένας, ἦλθεν εἰς ἀντιόχειαν. τῶν δ' ἀντιοχέων ἀντικαθισταμένων ἐρρωμενέστερον, ἤδη δὲ καὶ τῶν ἐπιτηδείων ἐπιλειπόντων τοῖς στρατιώταις, καὶ τέλματος ἐξ ὑετοῦ γεγονότος πολλοῦ, ἀπέστη τῆς πολιορκίας, καὶ πρὸς τὴν τῶν πόλεων ἐπιφανεστάτην ἐπανελήλυθεν, ἐπαγόμενος καὶ τὸ τοῦ σωτῆρος χριστοῦ ἱερὸν καὶ θεῖον ἐκτύπωμα, ὃ ἐν κεράμῳ εὕρηται τὴν ἱεράπολιν τὴν τῆς συρίας, καὶ βόστρυχον τοῦ βαπτιστοῦ ἰωάννου αἵματι πεφυρμένον. ἐν μὲν οὖν στρατηγίαις τοιοῦτος ἐγεγόνει ὁ αὐτοκράτωρ, καὶ οὐ μικρὸν ηὔξηκε ῥωμαίοις τὰ ὅρια, ἐπὶ τῆς αὐτοῦ ἡγεμονίας διατείνων τὰ χωρίσματα. ἀλλὰ δι' αἰτίας τινὰς ἀπεχθὴς ἦν σύμπασιν. αἱ δ' αἰτίαι, ἥ τε σὺν αὐτῷ τῇ ἀποστασίᾳ συμπραξάντων στρατιωτῶν κακῶς διατιθεμένων τὰ τῶν ἐντυγχανόντων, τὸ κακουμένους ἐπιστρέφεσθαι, καὶ οἰκιῶν πολλῶν πορθουμένων τινῶν ἀνδρῶν καὶ δημοτικῶν, διάγειν ἀγανακτῶν, ὡς οὐδενὸς κακοῦ γεγονότος δῆθεν, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ἐντρυφᾶν ταῖς εἰς τοὺς ἀστοὺς ὕβρεσιν, καίτοι συνηρμοσμένους αὐτῷ πρὸς τὴν βασιλείαν τυχεῖν. καὶ διὰ προφάσει τὴν συνεχῶν πολέμων, καινὰς εἰσφορὰς καὶ τῶν ἀρχαίων αὔξησιν καὶ ἀπαιτήσεις παντοδαπὰς ... ὑπηκόους, καὶ οὐδὲν ἄμεινον πολεμίων τὸ στρατιωτικὸν διετίθει πρὸς οὓς ἂν τῶν ὑπηκόων ἐπεχωρίασεν. ἀλλὰ τούτοις δέ, τὰς πυκνὰς ἐκστρατείας ἐν ἐνδείᾳ χρημάτων προφασιζόμενος, τὰς μὲν διανομὰς τῆς γερουσίας βασιλικὰς δωρεὰς κατὰ μέρος ὑφεῖλεν, τὰς δ' ἀπονεμομένας ἀνέκαθεν τιμηγόροις ἱεροῖς καὶ θείοις οἴκοις

περὶ τῶν ταρσοῦ καὶ τῆς μοψουεστίας.

περὶ τῆς κύπρου.

triumphauit. Qua uictoria celebritas nominis eius, ut strenui ducis, multum aucta est. Nicephorus porrò secundo Imperij sui anno, ipse cum magna manu Ciliciam inuadit, Theophanone quoq; cũ liberis eius adducta, eaq; Dricibij, quod est castellum in Ciliciæ aditu collocata, Anabarzam, Rosum & Adanam eius prouinciæ urbes capit, aliaq; plura castella. Tarsum uerò & Mopsihestiã oppugnare nõ statuit, siue ob hyemem, siue amore Theophanonis auocatus, cum qua Cappadociã petijt, Vnde ueris initio in Ciliciam reuersus, fratre Leone cõtra Tarsum misso, ipse Mopsihestiã obsedit, quam cum mediam flumen Sarus diuidat, altera eius parte expugnata, Agareni igni iniecto, in alteram se receperunt: qua & ipsa capta, nemo effugit. Tarsenses quoq; audita Mopsihestię expugnatione, Imperatori accersito urbem tradiderũt. Triduo elapso classis Ægyptia Tarsensibus auxilio missa, ad terram appellendi facultatẽ nõ habuit, eademq; in reditu & uentorum procellis, & Romanarum triremium incursionibus maiori ex parte perijt. Imperator Constantinopolim reuersus, æreas Tarsi & Mopsihestiæ portas exquisiti artificij, nouis ornamentis additis, partim muro iuxta arcem Orientali, partim Occidentali accommodauit, atq; etiã Deo quasi primitiaa expeditionis suæ obtulit: uenerãdis crucibus, quibus Barbari potiti fuerant, cum Stippiota Legionũ Domesticus, in obsidione Tarsi, re per imprudentiã malègesta, cladẽ accepisset, diuæ Sophiæ templo dedicatis. Cyprũ quoq; ab Agarenis occupatã, Romano Imperio restituit. Deinde Syriã inuasit, & urbibus ad Libanũ, & iuxta mare sitis partim expugnatis, partim uastatis, ad Antiochiam uenit. Sed Antiochenis acrius resistẽtibus, accedẽte etiam cõmeatus penuria, & solo imbribus inũdato, soluta obsidione in urbẽ principẽ est reuersus: allata seruatoris Christi sacra diuinaq; effigie, Hierapoli Syriæ in olla reperta: & parte capillorũ Ioãnis Baptistæ sanguine cõcreta. Ac in rebus bellicis talis fuit hic Imperator, Romaniq; Imperij fines lõgè lateq; propagauit. Sed certis de causis, omniũ odia suscepit. Eę fuerũt, q̃d, cũ ij milites, quos defectionis socios habuerat, obuia quęq; uastarẽt, eos q dãna fecerãt, nõ curabat, et multis ędib⁹ tũ illustriũ tũ plebeiorũ hominũ direptis, sic affectus erat, quasi nihil mali accidisset: sed delectabaĩ poti⁹ iniurijs, qbus ciues onerabãtur, quãuis eorũ ope ad Imperiũ peruenisset. Præterea, cõtinentiũ bellorũ prętextu nouis tributis instituẽdis, & ueteribus augẽdis: omnis generis exactionib⁹ subditos premebat, q̃s milites quocũq; uenerãt nihilo clemẽtius tractabãt q̃ hostes. Ad hæc ob frequẽtes expeditiones, pecunię inopiã causando, Imperatorias largitiones senatui dari solitas, ex parte imminuebat, & annua dona ab antiquis tẽporibus templis & alijs pijs domibus

Nicephori uictoriæ in Cilicia.

Aegyptiacæ classis interitus.

Spolia Cilicica.

Cyprus & Syria recuperatæ.

Nicephorus ob impunitatẽ militum & auaritiã uulgo inuisus.

attributa penitus sustulit. Decreto quoque sanxit, ne fundi Ecclesiarũ augerentur, quod (ut ipse asserebat) à sacerdotibus nõ in Ecclesiarũ utilitatẽ opes illæ cõferrentur. Orta porrò inter summũ pastorem & primarios sacerdotes de suffragijs cõtentione, cùm hi decernẽdi licentiã & approbandi potestatẽ sibi uendicarent, ille suffragia reprehẽderet, ut quæ nec sine affectibus, nec recto iudicio ferrentur, operamque daret, ut ab ijs iudicium facturis & ipse in cõsiliũ adhiberetur: Imperator ex hoc sumpta occasione, & omni autoritate designandi episcopos sibi uendicata, edixit, ne quisquã iniussu suo in ullã Ecclesiã mitteretur. Mortuo igitur Episcopo, ex ministris suis in Ecclesiã uacantẽ mittebat aliquẽ, quo sumptus necessarios parce faciẽte, ipse reliqua sibi uendicabat. Neque uerò eo imperãte in ullis prouincijs unquam defuerũt descriptores, inspectores & Militares & Protonotarij: qui subditos omni malorũ genere oppressos ad summã egestatẽ redegerunt, ne egentissimorũ quidem habita ratione. Nam eos in Dromicos exercitus referebãt qui prius in ijs fuerant, in nauticos transferebant: classiarios in pedestres exercitus, pedites in turmas equitum, equites in cataphractos inserebãt: singulis grauius militiæ munus assignãtes. Nam ad unã rem militarẽ referebat omnia. Vnde, quod in se fuit, decreto sanxit, ut milites in bellis interfecti, pari cũ Martyribus honore colerẽtur, et similibus hymnis ac ueneratione celebrarẽtur. Quòd si Patriarcha & quidã ex primarijs sacerdotibus & senatus principibus nõ strenuè restitissent: rogassentque, quo pacto ij qui in bellis & cæderẽt & cæderẽtur, Martyres iudicari possent, aut Martyribus pares, quos sacrorũ canonũ cẽsura notaret, trienniũ a tremenda illa & sancta communione arcens: forsitan egregiũ illud decretũ ratũ fuisset. Apparet eundẽ auariciæ quoque sordibus fuisse cõtaminatũ. Nam cum usque ad eum quoduis numisma * exagiũ penderet, ille * tetarterũ excogitauit pondere imminuto, & exactiones grauiore, largitiones & omnes impẽsas mutilato numismate fecit. Iam cũ antiquitus receptũ esset, ut omnis uetus stater, Imperatoris imagine insignitus, tãtundẽ ualeret, quãtum recens ab Imperatore excusi: ille suã monetam pluris fieri iussit. Quo fine? ut illam solam mercatoribus expetentibus, è cõmutationis auctario, quod magnũ exigebat, multũ sibi lucri accederet. Quibus rebus cum ciues uexarentur, fori curatores rerũ uænaliũ nullã rationẽ habebant, sed quisque mercator suo arbitratu preciũ statuebat. Vnde, qui res necessarias emebant, indies fiebãt pauperiores. Hæc aliaque plura (nam omnia persequi difficile fuerit) atrox omnium odium Nicephoro concitarunt, ut optarent omnes, eius tyrannide liberari. Illud tamen uel in primis, hominibus molestũ fuit, quòd Regiã muro circumdedit.

Nicephorus solus militiæ studiosus.

Monetæ nouæ imminutio & exaggeratio ueteris.

ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἐκόλασε πλέον, ὅπερ καὶ τὸ ψήφισμα βασίλειον ἴσχυσε, μὴ κτήσεσι τὰς ἐκκλησίας μὴ ἐπιπλατύνεσθαι, καὶ ὁ πρόφασιν ἐπὶ κατ' ἐκεῖνον ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων οὐκ εἰς δέοντα τῶν ἐκκλησιῶν ἀναλίσκοιντο. ἐπεὶ δὲ τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τῷ ἀρχιποίμενι πολυθρύλητος διαφορὰ γεγένηται περὶ τῶν ψήφων, καὶ τῶν μὲν εἰς ἑαυτοὺς ἑλκόντων τὴν ἐξουσίαν τοῦ ψηφίζεσθαι ὃς ἂν ἐγκρίνοιεν, τοῦ δὲ τὰς ψήφους αἰτιωμένου, ὡς οὐκ ἀπαθῶς γινομένας οὐδὲ κατὰ γνώμας εὐθυτάτας, καὶ συνδιδόντος παρεῖναι αὐτῷ τοῖς ἀρχιερεῦσι περὶ τῶν μελλόντων ψηφίζεσθαι, ὁ βασιλεὺς ἀφορμὴν ἐκ τούτου δραξάμενος, εἰς οἰκείαν ἐξουσίαν τὸ πᾶν τῆς τῶν ἐπισκόπων μετήνεγκε προχειρίσεως, μηδένα ἐκκλησίας γνώμης ἄτερ αὐτοῦ εἰς ἐκκλησίαν εἰσαχθῆναι τινὰ κελεύσας. ἀλλὰ κἂν ἐτεθνήκει ἐπίσκοπος, βασιλικὸν ὑπηρέτην εἰς τὴν χηρεύουσαν ἐκκλησίαν ἐξέπεμπε, καὶ γλίσχρως παρ' ἐκείνου τῶν ἀναγκαίων γινομένων ἀναλωμάτων, αὐτὸς ἐκοινοῦτο τὰ περιττεύοντα. οὐδέποτε δὲ ἐν ταῖς χώραις ἐπέλιπον, αὐτοῦ βασιλεύοντος, ἀναγραφεῖς καὶ ἀναλογισταί τε καὶ στρατιωτικοὶ καὶ οἱ καλούμενοι πρωτονοτάριοι, οἳ παντοίαις κακώσεσιν ἐξετρίβον τὸ ὑπήκοον, καὶ εἰς ἐσχάτην ἀπορίαν συνήλασαν, μηδὲ τῶν πενεστάτων φειδόμενοι. ἀλλὰ τούτους μὲν ταῖς δρομικαῖς στρατιαῖς ἐγγράφοντες, τοὺς δὲ πρώην ταύταις ἐγκαταλεγμένους εἰς τὰς πλωϊκὰς μεταγράφοντες. τοὺς δὲ πλωΐμους μετατιθέντες εἰς στρατιώτας πεζούς, τοὺς δὲ πεζοὺς τούτους τοῖς ἱππόταις ἐγκαταλέγοντες, καὶ τοὺς ἱππότας εἰς καταφράκτους ἀναβιβάζοντες, καὶ ἑκάστῳ βαρύτερον στρατιωτικὸν ἐπιτιθέντες λειτούργημα. ἐῴκει γὰρ τὸ πᾶν τῇ στρατιωτικῇ μόνῃ χαρίσασθαι ἀπογραφόμενος. ὅθεν καὶ δόγμα, ὅσον τὸ κατ' ἐκεῖνον, ἐδογμάτισε, τοὺς ἐν πολέμοις ἀναιρουμένους στρατιώτας ἐξ ἴσου τιμᾶσθαι τοῖς μάρτυσι καὶ ὕμνων ὁμοίων τυγχάνειν, καὶ παραπλησίως γεραίρεσθαι. καὶ εἰ μὴ ὁ πατριάρχης καί τινες τῶν ἀρχιερέων, ἀλλὰ μὴν καὶ ἔνιοι τῶν λογάδων τῆς γερουσίας γενναίως ἀντέστησαν, λέγοντες, πῶς ἂν οἱ ἐν πολέμοις ἀναιροῦντες καὶ ἀναιρούμενοι λογίζοιντό ποτε μάρτυρες, ἢ τοῖς μάρτυσιν ἰσοστάσιοι, οὓς οἱ θεῖοι κανόνες ὑπὸ ἐπιτίμιον ἄγουσιν, ἐπὶ τριετίαν τῶν φρικωδῶν καὶ ἱερῶν εἴργοντες μεταλήψεως; τάχα ἂν τὸ δικαιωθὲν ἐκεῖνο ἐκεκύρωτο δικαίωμα. ἦν δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ χρημάτων ἥττων, ὡς ἔοικε. μέχρι γὰρ ἐκείνου παντὸς νομίσματος ἐξαγίου σταθμὸν ἕλκοντος, ἐκεῖνος τὸ τεταρτηρὸν ἐπινενόηκε, κολοβώσας αὐτὸ κατὰ τὸν σταθμόν, καὶ τὰς μὲν εἰσπράξεις διὰ τοῦ βαρυτέρου, τὰς δὲ δόσεις καὶ πάντα τὰ ἀναλώματα διὰ τοῦ κεκολοβωμένου πεποίηκεν. ἔθους δ' ἐπικρατήσαντος παλαιοῦ, στατῆρα πάντα τὸν βασιλικὸν ἐκτύπωμα φέροντα, ἰσότιμον εἶναι τῷ ἀρτίως κοπτομένῳ παρὰ τοῦ βασιλεύοντος, ἐκεῖνος τὸ ἑαυτοῦ προτιμᾶσθαι ἐκέλευσε νόμισμα. ἵνα τί γένηται; ἵν' ἐκεῖνο μόνον τοῖς ἐμπόροις ζητούμενον, κέρδος αὐτῷ πορίζῃ ὑπὲρ ἑκάστου νομίσματος, ἁδρὰ πραττομένῳ ἀλλάγια. οὕτω δὲ τούτοις κακουμένων τῶν πολιτῶν, οὐδέ τις παρὰ τῶν ἀγορανόμων ἦν ἐπὶ τοῖς ὠνίοις προμήθεια, ἀλλ' ἕκαστος τῶν ἐμπόρων νόμον εἶχε τὸ ἑαυτοῦ θέλημα, καὶ οἱ ὠνούμενοι τὰ χρειώδη, ἐγίνοντο καθ' ἑκάστην πτωχότεροι. ταῦτα καὶ πλείονα ἕτερα (πάντα γὰρ ἀπαριθμήσασθαι δυσχερὲς) ἐξέμηνε πάντας κατὰ τοῦ Νικηφόρου, καὶ πᾶσιν ἦν δι' εὐχῆς, τῆς τούτου τυραννίδος ἀπαλλαγῆναι. οὐχ ἥκιστα δ' ἐλύπησε τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὸ τῶν βασιλείων τεῖχος περιβολῇ ἐντειχισμοῦ.

ὅτι δὲ ἐκκλησίαις τῶν ἐνορίων ὁ βασιλεὺς ἐπίσκοπον ἐν ἐκκλησίᾳ ἱέρεα.

ὅτι παρὰ φαῦλα τὸ τεταρτηρὸν ἐπενόησε καὶ ἐπροτίμησεν τὰ οἷα χρυσᾶ.

περὶ τοῦ τείχους τοῦ περὶ τὰ ἀνάκτορα.

ἐκ χρησμοῦ προειλημμένον ἔχων, τὸ ἐν τοῖς βασιλείοις μέλλειν ἀναιρεθήσεσθαι, ἔδοξεν ἑαυτῷ περιποιῆσαι διὰ τοῦ τείχους ἀσφάλειαν, ἄλογον λογισάμενος. εἰ μὲν γὰρ ἀληθὴς ἐστὶ τὸ χρησμοδότημα, ἄφυκτον τὸ πεπρωμένον, ἵν' οὕτως εἴπω, τὸ ἐκ θεοῦ ὁρισθὲν, ἄφυκτόν τε καὶ ἀμετάθετον. εἰ δὲ δύναται ἐκλυθῆναι διὰ ἐπινοίας τινὸς, οὐ πάντως ἀληθὲς· καὶ τὰ ἐπινοούμενα περιττά. ὁ δὲ τοῦτ' οὐδὲν λογισάμενος, μεγάλας δαπάνας τὸ νῦν ὁρώμενον τεῖχος τὰ βασίλεια ἐστεφάνωσεν, ἀκρόπολιν δὲ οἱ πολῖται τοῦτο καὶ τυραννεῖον καθ' ἑαυτῶν γενόμενον ἐλογίζοντο. ἐπεὶ τοίνυν ἀπήρτισε τὸ ὀχύρωμα, καὶ ἔδοξεν ἑαυτῷ περιποιήσασθαι τὴν φυλακὴν ἀσφαλῆ, τότ' ἔγνω μηδὲν αὐτῷ λυσιτελῆσαι τὸ ἐπινόημα, ὑποστὰς ἐν ἐκείνῳ τὸν ὄλεθρον. ἀλλὰ μήπω περὶ τούτων, ἕως δ' ὁ λόγος πράξεις διεξίτω ἐκείνου. ὑποστρέψας δὲ Ἀντιοχείας, τῆς πρὸς Ὀρόντην ὄντος ὁ βασιλεὺς, φρούριον ἐν τῷ ὄρει τοῦ Ταύρου ἐδείματο, Μαῦρον δὲ ὄρος ἐκεῖνο λέγει νῦν ὁ πολὺς ἄνθρωπος· ἐν ᾧ Μιχαὴλ τὸν Βούρτζην κατέλιπε, πατρίκιον τιμήσας, καὶ τοῦ Μαύρου ὄρους στρατηγὸν ὀνομάσας αὐτὸν, ὡς Ἀντιοχεῦσι κακοῦν ἐγκαταλειμμένος. καὶ Πέτρον δ' ἕνα τῶν ἑαυτοῦ θεραπόντων, ἐκτομίαν μὲν, δραστήριον δὲ καὶ ἐμβριθῆ, καὶ τάξιν εἰδότα στρατιωτῶν, στρατοπεδάρχην ὀνομάσας κατέλιπεν, ἵν' ἐν Κιλικίᾳ δίδῷ χώραν τῇ στρατιᾷ τὸ χειμῶνα διαγαγεῖν. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ἐπανῄει εἰς τὸ Βυζάντιον, ὁ δὲ Βούρτζης συνεχῶς ἐπελαύνων ἐκάκου τοὺς ἐν Ἀντιοχείᾳ Ἀγαρηνοὺς, καὶ διεσκόπει ὅπως ἕλοι τὴν πόλιν εἰ δύναιτο, καὶ κλέος ἕξει. λαθὼν οὖν ποτε μέτρον τοῦ ὕψους ἑνὸς τῶν πύργων λαβὼν, καὶ πρὸς τοσοῦτον ὕψος ἀναλόγως ἁρμόσας κλίμακας, φυλάξας οὖν νύκτα μίαν χειμέριον, ἀσέληνόν τε καὶ νιφετώδη, πρόσεισιν ἠρέμα τῷ τείχει τῆς πόλεως, καὶ τὰς κλίμακας ἐρείσας αὐτῷ, ἀνέβη μετὰ τριακοσίων (τοσούτους γὰρ ἐπήγετο, μηδενὸς αἰσθομένου) καὶ τοὺς μὲν τοῦ πύργου ἐκείνου φύλακας ἀνεῖλε, καὶ ἑτέρους πλησιαζόντων, εἶθ' αὐτίκα πρὸς τὸν στρατοπεδάρχην δηλῶν αὐτῷ τὸ γενόμενον, καὶ πρὸς βοήθειαν ἐκκαλούμενος. ὁ δὲ ἀνεδύετο. λέγεται γὰρ ἐντείλασθαι οἱ τὸν βασιλέα, μὴ προσβαλεῖν τῇ Ἀντιοχείᾳ, ὅτι παρὰ πᾶσι πεφήμιστο, τῇ τῆς Ἀντιοχείας ἁλώσει ἕψεσθαι καὶ τοῦ κρατοῦντος τὸν ὄλεθρον. οἱ δὲ Ἀντιοχεῖς γνόντες τῶν πύργων τὴν ἅλωσιν, ὁμοῦ συναθροισθέντες, ἐξελάσαι τοὺς Ῥωμαίους αὐτῶν προθυμούμενοι. πρὸς δύο τοίνυν ἐναντία μαχόμενον ἔχων ὁ στρατοπεδάρχης τὸν λογισμὸν, τήν τε βασιλικὴν ἐντολὴν, καὶ τὸν ὄλεθρον τοῦ Βούρτζη καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τριακοσίων ἀνδρῶν, ἔδοξε μὴ ἐᾶσαι τοσούτους ἄνδρας ἀπολέσθαι, καὶ ἄρας σὺν παντὶ τῷ στρατεύματι, προσβάλλει τῇ Ἀντιόχου. καὶ αὐτίκα οἱ μὲν πολέμιοι παρείθησαν καὶ τὰς χεῖρας καὶ τὰς ψυχάς. οἱ δὲ περὶ τὸν Βούρτζην καὶ αὐτοὶ ἐκεῖνοι ἤδη ἀπειρηκότες ἀνεζωώθησαν, καὶ τὰ κλεῖθρα τῶν πυλῶν ὁ Βούρτζης πελέκει διακόψας, ἄνετον παρέσχε τῷ στρατοπεδάρχῃ τὴν εἴσοδον, καὶ ἡ περιφανὴς Ἀντιόχεια ῥᾷον οὕτως ὑπὸ Ῥωμαίους ἐγένετο. ὃ τῷ βασιλεῖ ἀγγελθὲν ἄλγος, ἀλλ' οὐ χαρμονὴν ἐνεποίησεν. ἐμήνιά τε τῷ στρατοπεδάρχῃ καὶ τῷ Βούρτζῃ τῆς σπουδῆς καὶ τοῦ ἀνδραγαθήματος ἀμοιβὴν παρέσχεν ὕβρεις καὶ ἀπειλάς, ἀφείλετό τε αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν, καὶ παρὰ τῷ οἴκῳ μένειν ἀκρίτως διωρίσατο. συνέβη δέ τι καὶ ἕτερον, ὃ τὸν δῆμον ἐξῆψε κατὰ τοῦ βασιλέως, καὶ κατὰ δήμου τὸν αὐτοκράτορα. κατά τι παλαιὸν ἔθος ἐν μιᾷ τῶν δεσποτικῶν ἑορτῶν εἰς τὸν ἐν τῇ Πηγῇ θεῖον ναὸν

[illegible] αἰτίαν.

Nam cum oraculum accepisset, se in ea interfectũ iri: putabat se mœnibus tutũ fore. Enimuero sic ei ratiocinandũ fuit: Si uerum esset oraculum, etiam fatum (ut ita loquar) diuinitus ordinatum, esse ineuitabile et immutabile. Sin id aliqua solertia prohiberi posset, non utiq; esse uerum, omnemq; solertiam superuacaneã. Sed ille nulla harum rerum cõsiderata: magnis sumptibus Regiam eo muro, qui etiam nunc cernitur, coronæ instar, circundedit, quẽ ciues arcem & castellum tyrannicũ contra se extructum iudicabãt. Verùm munitione perfecta, cum se iam res suas in tuto collocasse putaret, tum demũ cùm intra eam ipsam cæderetur, intellexit, inuentum illud nihil sibi profuisse. Sed hoc in præsentia omisso, res eius gestas exequamur. Antiochia, quã flumẽ Orõtes alluit, reuertens, castellũ in Tauro monte, quem hodie uulgò Maurũ uocant, construxit: Michaele Burze, quem Patriciũ fecit, & Tauri mõtis ducem nominauit, ad infestandos Antiochenos ibi relicto: Petrum uerò quendã ex ministris suis, castratum illũ quidem, sed strenuum hominẽ, constantem, et militum regundorum peritum, castrorũ præsidem designauit: ut locum exercitui daret ad hybernandum in Cilicia. Imperatore Byzantiũ reuerso, Burzes crebris excursionibus Antiochenos Agarenos infestabat, assiduè de capiendæ urbis facultate, parandaq; sibi gloria cogitans. Quodam igitur tempore turris cuiusdam altitudinẽ clam mensus, paratis scalis illi paribus: nocte hyberna, illuni & niuosa tacitè mœnibus urbis succedit, affixisq; scalis cum trecentis (tot enim aduertente nemine adduxerat) ascendit, custodes turris & obuios quosq; cædit, statimq; castrorũ præsidi nunciat quid fiat, & ad opem ferendã accersit. Id ille detrectabat. Ferebatur enim Imperator illi mandasse, ne Antiochiam inuaderet, quod urbis eius captiuitatẽ interitũ Imperatoris consecuturũ uulgata fama erat. Antiocheni cũ turres occupatas esse cognouissent: eò alacriter cõuenere, ad Romanos expellendos. Castrorũ uerò præses, quãuis ancipiti cura distineretur, et mãdati Imperatoris, et exitij Burzæ, cum cohorte sua: tamen nõ committendũ esse ratus, ut tot uiri perirẽt cum omnibus copijs Antiochiã inuadit. Quo facto statim & manus & animi Barbarorũ conciderũt. Burzes uerò cum suis iam desperata salute, reuixit, et porta bipẽni resecta, liberũ ingressum castrorũ duci præbuit. Tãta facilitate, illustris Antiochia in Romanorũ potestatem uenit. Id Imperatori nunciatũ plus doloris attulit q̃ uoluptatis, & præclarũ facinus, irat⁹ castrorũ præsidi & Burzę, cõtumelijs & minis est remuneratus, ademptoq; Imperio, illũ domo exire uetuit. Accidit & aliud quiddã, quod & populũ cõtra Imperatorẽ, & Imperatorẽ cõtra populũ exacerbauit. Quodã festo Dominico Imperatore, ex ueteri cõsuetudine in Peganũ tẽplũ

Nicephorus suæ necessitatem mœnibus Regiæ propulsare studuit.

Dilemma.

Antiochia, Burzæ industria capitur.

Seditio Armeniorũ et nautarum. supplicatũ egresso accidit, ut Armenij & nautæ orta contentione cum magno murmure et tumultu inter se cõgrederentur, & utrinq; uiri aliquot caderent. Quo ante reditũ Imperatoris, ciuibus nunciato, temeraria plebs in cohortes diuisa, Armenios redeuntes, obuiam egressa, fustibus cædebat, & ipsum Imperatorẽ iam in forum panariũ progressum maledictis insectabatur: ortoq; tumultu & cõcursu facto, *Alienatio populi à Nicephoro ob ludum militarem.* & clamore sublato, alij lapidibus Imperatorẽ petunt, alij puluerẽ in eum spargũt, & maledictis usq; in forũ tabulis lapideis stratum prosequuntur, in quo columna rotunda porphyretica sita est. Ac nisi quidam ex honoratioribus illius loci ciuibus Imperatore suscepto, insectantes eum & maledicta ingerentes, nulloq; ordine tumultuantes, repressissent ac depulissent, illũq; corona cinctum cum faustis acclamationibus in Regiam usq; perduxissent: fortaise magnũ ex ea seditione malũ extitisset. Inde rumor emanauit, Imperatoris dissimulatã iram ludis equestribus in populi ultionẽ erupturam. Aliquanto pòst cùm certamen equestre ederetur, Imperator milites armatos in medium theatrũ produxit, siue ut populo bellici cõgressus imaginẽ adumbrarẽt, iucundã & ipsam futurã scilicet, siue terroris incutiẽdi causa. Vt aũt milites gladios strinxerunt, populus q in theatro erat, illud esse ratus, quod diu hominũ sermonib' iactatũ esset: cũ impetu fugiebat, inter exeundũ aũt in angustijs multi inuicẽ cõculcati perierũt, ac periculũ latius uagatũ esset, nisi uiso Imperatore in sua sede immoto, fugere destitissent. Mortuorũ uerò propinqui suos lugẽtes, publicè Imperatorẽ dicterijs incesserunt, ob quæ cũ se ciuibus inuisum esse sciret: Regiã muro cinxit, quo absoluto relatis ad se clauibus, tum demũ id ei quod timebat, euenit, neq; ulla excogitatæ munitionis fuit utilitas. *Rosi cõtra Bulgaros concitati.* Turcis autẽ, Vngris scilicet, Thraciam uastantibus, Bulgariæ principi scripsit, ne illos Istrum transire pateretur, & Romanas prouincias infestare. Id ille recusauit, quod Imperator ipsi quoq; auxilia negasset, cum ab ijsdem inuaderetur. Nunc autem postquã pacẽ cum eis facere coactus sit, postulare ut fœdus rumpat, & armis sumptis bellũ suscipiat, cuius rationẽ reddere nõ possit. Ibi igitur repulsam passus, Calocyrũ Chersonij Principis filiũ, ad Rosiæ principem Sphendosthlabum contra Bulgaros concitandũ ablegauit. Rosicus igitur exercitus Bulgariç agros lõge lateq; populatus, prędã penè innumerabilẽ abegit, idq; sequẽti anno æquè factũ. *Terræ motus.* Phoca regnãte fuit terræ motus horrẽdus, q etsi Cõstantinopoli planè innoxius, alijs tamẽ urbib' plurimũ nocuit. & mẽse Maio spirarũt uenti, qui fruges pere- *Fames.* merunt. Vnde fame laboratũ, quam Nicephorus in suum lucrum conuertit, in granaria cõgesto frumẽto, & esurientibus magno uendito, nõ reputãs, se (ut in Prouerbijs Salomõ ait)

πρόοδον ἐποιεῖτο ὁ βασιλεὺς, καὶ συνέβη μέσον ἀρμενίων καὶ πλωΐμων φιλονεικίαν συστῆναι, κἀκ ταύτης συμβολὴν ἀλλήλων καὶ θροῦν καὶ κρότον πολὺν, καὶ φόνον ἀνδρῶν ἑκατέρωθεν ἐπί. ἡ δὲ φήμη τὸ γεγονὸς τοῖς ἐν τῇ πόλει πρὸ τῆς ἐπανόδου τοῦ βασιλέως κατηγγέλκει, οἱ τοῦ δήμου ἀπόταλοι κατὰ συμμορίας γενόμενοι πολλαχοῦ καὶ τοῖς ἀρμενίοις ἐπανιοῦσιν ἐπανιστάμενοι, ξύλοις παίοντες συνέκοπτον. ὡς δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς ἐφθάκει κατὰ τὴν ἀγορὰν τῶν ἀρτοπρατείων, ὕβρεις κἀκεῖνον κατεῖχον, καὶ θόρυβος ἦρτο, καὶ βοαί τε καὶ συνδρομαί, καὶ οἱ μὲν λίθους ἀφίεσαν κατὰ τοῦ βασιλέως, οἱ δὲ κόνιν ἐπέπαττον κατ' αὐτοῦ, καὶ ἐδυσφήμουν αὐτὸν μέχρι τῆς ἀγορᾶς, ἥτις ἔστρωται ταῖς πλαξὶ, καὶ τὸν κίονα φέρει, τὸν κυκλοτερῆ τε καὶ πορφυροῦν. καὶ εἰ μή τινες τῶν ἐντιμοτέρων πολιτῶν ἐκεῖσε τὸν βασιλέα δεξάμενοι, τοὺς μὲν ἐφεπομένους αὐτῷ καὶ δυσφημοῦντας, ἄλλως τε ἀτακτοῦντας, ἀνεχαίτισαν, ἐκεῖνον δὲ κύκλῳ περιλαβόντες, εὐφήμουν, καὶ οὕτως αὐτὸν εἰς τὰ βασίλεια διεσώσαντο, τάχα ἄν τι μέγα συνέβη κακόν. ἐντεῦθεν διεδόθη λόγος, ὡς ἐν ἱπποδρομίᾳ ὁ βασιλεὺς ἐγκοτῶν τῷ δήμῳ, μέλλει αὐτὸν ἀμύνασθαι. ἀμέλει γοῦν τελουμένης ἱππικῆς μετὰ καιρὸν, στρατιώτας ὁ βασιλεὺς ἐνόπλους παραγαγὼν εἰς μέσον τὸ θέατρον, ἀντιταξαμένους τάχα τῷ δήμῳ, ὡς ἐν τύπῳ πολεμίων οἷα τῆς μάχης ἡ συμβολὴ, ὡς ἡδονὴν αὐτῷ καὶ τὸ θέαμα παρεξόμενον ἡδονὴν, ἢ καὶ φόβον αὐτοῖς ἐμποιήσουσαν θέλων. ὡς δ' οὖν οἱ στρατιῶται τὰ ξίφη ἐγύμνωσαν, ὁ ἐν τῷ θεάτρῳ λαὸς τοῦτ' ἐκεῖνο τὸ φημιζόμενον εἶναι νομίσαντες, εἰς δρασμὸν τοῦ θεάτρου ὥρμησαν, καὶ περὶ τὰς ἐξόδους συνωθούμενοι, ὑπ' ἀλλήλων τε συμπατούμενοι, ἀπώλοντο οὐ βραχεῖς. τάχα δ' ἂν καὶ πολλῷ πλείους ἐκινδύνευσαν, εἰ μὴ ὁ βασιλεὺς ἀμετακίνητος ἐπὶ τῆς ἰδίας ἔμενε καθέδρας. ἰδὼν γὰρ ὁ δῆμος ἐκεῖνον μηδόλως τῆς ἕδρας μεταχωρήσαντα, ἐπαύσαντο τῆς φυγῆς. οἱ δὲ τοῖς θανοῦσι τότε προσήκοντες, τοὺς οἰκείους θρηνοῦντες, δημοσίᾳ πρὸς τὸν βασιλέα ἀπέσκωπτον. διὰ ταῦτα τοίνυν μισεῖσθαι παρὰ τῶν πολιτῶν ὑποπτευόμενος, τείχει περιέζωσε τὰ βασίλεια, ἀλλ' ὅτε τοῦτο ἀπήρτιστο, καὶ αἱ τῶν πυλῶν αὐτῷ κλεῖδες ἐπεκομίσθησαν, τότε, ὃν ἐφοβεῖτο φόνον, ἦλθεν αὐτῷ, καὶ οὐδὲν τῆς μηχανωμένης αὐτῷ ἀσφαλείας ἀπώνατο. τῶν δὲ Τούρκων, τῶν Οὔγγρων δηλαδὴ, τὰ Θρᾳκῷα ληϊζομένων, τῷ Βουλγαρίας ἐπέστειλεν ἄρχοντι ὁ βασιλεὺς Νικηφόρος, μὴ παραχωρεῖν αὐτοῖς διαβαίνειν τὸν Ἴστρον, καὶ τὴν Ῥωμαίων λυμαίνεσθαι. ὁ δὲ οὐχ ὑπήκουσε, λέγων, ὡς ὅτε καθ' ἡμῶν ἐπεστράτευον, παρακαλούμενος συμμαχῆσαι ἡμῖν, οὐκ ἠθέλησας. καὶ νῦν ὅτε βιασθέντες σπονδὰς ἐθέμεθα πρὸς αὐτοὺς, ἀξιοῖς ἡμᾶς παρασπονδῆσαι, ὅπλα τε κατ' ἐκείνων ἄρασθαι, καὶ κινῆσαι πόλεμον ἀπροφάσιστον. ἀποκρουσθεὶς τοίνυν ἐν τούτῳ, ὡς τὸν ἄρχοντα Ῥωσίας τὸν Σφενδοσθλάβον διεπρεσβεύσατο, ὁρμᾶν κατὰ τῶν Βουλγάρων αὐτὸν, διὸ καὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἐν Χερσῶνι πρωτεύοντος τὸν Καλοκῦρον πρὸς Ῥωσίαν ἐξαπέστειλε. ὁ δὲ στρατὸς τοίνυν ἐπὶ Βουλγαρίαν συνῆψε πῦρ ῥωσικὸν, καὶ χώραν αὐτῆς πολλὴν ἐλήϊσε, καὶ λείαν ἀναρίθμητον ἐκεῖθεν ἀπήλασε, καὶ τῷ ἐπιόντι δ' ἐνιαυτῷ οὐχ ἧττον τῶν προτέρων οἱ ῥῶς τὰ Βουλγάρων ἐκάκωσαν. γέγονε δὲ ἐπὶ τῆς Φωκᾶ βασιλείας καὶ σεισμὸς φρικωδέστατος, ὃς τῇ μὲν Κωνσταντίνου οὐ πάνυ τι ἐπιβλαβὴς ἦν, πόλεις δ' ἑτέρας καὶ σφόδρα κατέβλαψεν. ἐπνευσαν δὲ ἄνεμοι ἐν τῷ Μαΐῳ μηνὶ, δι' ὧν ἐφθάρησαν οἱ καρποὶ, καὶ γέγονε λιμὸς ἰσχυρὸς, ὃν ὡς οἰκεῖον κέρδος ὁ Νικηφόρος μετῆλθε, ταμιευσάμενος τὸν σῖτον, καὶ πολλοῦ πιπράσκων τοῖς λιμώττουσι, μηδὲ φροντίζων, ὅτι σιτοκάπηλος ὤν,

ἐπὶ τὸν σιτωνοῦντα παροιμιαζόμενον, ἀλλ' αὐχῶν μᾶλλον ὡς εὐεργετῶν τὸ ὑπήκοον, ὅτι δύο μεδίμνους ἐπίπρασκε τῷ νομίσματι. καὶ ταῦτα παράδειγμα ἔχων τὸν Μακεδόνα Βασίλειον, ὅπως πάνυ πρώην μεγαλοπρεπῶς ἐν τῇ τοιαύτῃ ἐνδείᾳ ἐξάμενος ἐνδείαν. ἀπιὼν γάρ ποτε ὁ αὐτοκράτωρ ἐκεῖνος, συνήθη ποιούμενος πρόοδον, εἰς τὸν τῶν ἁγίων ἀποστόλων ναόν, καί τινας τῶν τῆς πόλεως ἄνδρας ὑπόσκυνον διαπνοοῦντας τε τὰ πρόσωπα διασώμενος σκυθρωπάζοντας, ἤρετο τὴν αἰτίαν τῆς σκυθρωπότητος. οἱ δὲ καὶ πῶς οὐκ ἂν σκυθρωπάζοιμεν, ἔφασαν, δέσποτα, ἐπηρτημένον ἡμῖν ὁρῶντες τὸν θάνατον, εἰ δὲ τοῖς δύο μεδίμνους σίτου εἰς νόμισμα χρυσοῦν ὠνούμεθα; ταῦτα ἀκούσας ἐκεῖνος ἀνῴμωξε, καὶ τοῖς μὲν χρήμασι τὴν κατήφειαν ἔλυσε, τοῖς δὲ τὰς πολιτικὰς ἐγκεχειρισμένοις ἀρχὰς ἐλοιδορήσατό τε καὶ ἐπικράνατο, ὅτι μὴ αὐτὸν τὰ τῆς ἐνδείας ἐδίδαξαν, καὶ εὐθὺς τοὺς βασιλικοὺς σιτῶνας ἀνοιγῆναι ἐκέλευσε, καὶ δώδεκα μεδίμνους σίτου νομίσματος ἑνὸς ἐκδίδοσθαι. ἀλλ' ἐκείνου μὲν ἡ πρᾶξις αὕτη βασιλική, τῷ δ' ἱστορουμένῳ νῦν βασιλεῖ καὶ λίαν καπηλική, ὃς τὸ ὑπήκοον ὁρῶν πιεζόμενον λιμῷ, οὐκ ἐπήμυνεν, ἀλλὰ μέντοι καὶ ἐνετρύφα ταῖς αὐτοῦ συμφοραῖς, καὶ τοῖς τοῦ λιμοῦ τραυματίαις ἐπεξαίνων ὑπῆρχε τὰ τραύματα. καὶ ὁ τοῦ βασιλέως δὲ ἀδελφὸς ὁ Λέων οὐχ ἧττον ἔθλιβε τόν τε δῆμον τῆς πόλεως καὶ τοὺς οἰκήτορας τῶν χωρῶν, καπηλεύων καὶ αὐτὸς μετ' ἐκείνου. καὶ οἱ μὲν οὕτω διέκειντο πρὸς τοὺς πάσχοντας, οἱ δὲ πρὸς τὸν κρατοῦντα δι' ἀποσκωμμάτων ἀπεσκώπτον. ποτὲ γὰρ νεολέκτους στρατιώτας ὁρῶντος τοῦ βασιλέως, ἐπεί καί τινα πρεσβύτην συναριθμούμενον πολιόν, ἔφη πρὸς ἐκεῖνον ὁ αὐτοκράτωρ· πῶς τοῖς στρατιώταις ἄνθρωπος γέρων ὢν συγκαταλέγεις σεαυτόν; ὁ δ' αὐτίκα εὐφυῶς ἀντεφθέγξατο, ὡς πολὺ δυνατώτερος νῦν εἰμὶ ἢ ὅτε ἤκμαζον, δέσποτα. τότε γὰρ οὐδ' ἡμισείας ἂν ἐπωμισάμην σῖτον νομίσματος, νῦν δὲ ξέστον δύο νομισμάτων οἶον ἐπὶ τὸν ὦμον αἴρω. συνῆκε μὲν τὴν εἰρωνείαν ὁ βασιλεύς, ἀταράχως δὲ ταύτην ἐνεγκὼν μετῆλθε πρὸς ἕτερον. ἐρωτικῶς δὲ σφόδρα πρὶν διακείμενος ὁ Νικηφόρος πρὸς τὴν Θεοφανώ, μετέπειτα τῆς πρὸς αὐτὴν συνουσίας ἀπείχετο, ἢ κορεσθεὶς ταύτης, ἢ καὶ δι' ἐγκράτειαν, μίξεως ἀπεχόμενος. οὐδὲ γὰρ πάνυ τι καὶ νέος ὢν πρὸς ἔρωτας ἐτύγχανεν εὐκατάφορος. ἡ δὲ μισήσασα τὸν ἄνδρα διὰ τὸ ἀνομίλητον, ἢ καὶ περὶ τοῖς υἱέσι δείσασα (ἦν γὰρ ἐξ ὑπονοίας ὑποτονθορυζόμενον, βούλεσθαι τὸν Νικηφόρον τὰ βασιλόπαιδα ἐκτεμεῖν, καὶ τῶν παιδογόνων στερῆσαι μορίων, καὶ τὸν ἀδελφὸν βασιλεῦσαι τὸν Λέοντα) εἰς λόγους ἦλθε λάθρα τῷ Τζιμισκῇ, ἢ ἔρωτι τοῦ ἀνδρὸς ἁλοῦσα (ἦν γὰρ τὸ κάλλει διαπρεπής, καὶ τοῖς ἄλλως χάρισιν ἀστεῖος) ἢ καὶ ἀξιόχρεων τοῦτον τῷ Νικηφόρῳ λογισαμένη ἀντίρροπον, ὡς δέ τινες φασι, καὶ εἰς συνουσίαν ἐλθοῦσα τῷ ἀνδρί, καὶ ἐπὶ τοῦ Νικηφόρου ἐρεθίσασα, καὶ τὸ τῆς παροιμίας, σφαῖραν ἀφῆκεν ἐπὶ πρηνοῦς. ἦν γὰρ καὶ ἄλλως ὁ Ἰωάννης τῷ βασιλεῖ μηνιῶν, ὅτι τῷ ἀδελφῷ πειθόμενος ἐκείνου βασκαίνοντι τούτῳ, ὑποπτεύσας τὸν ἄνδρα ἐνέμεσε, καὶ τῆς στρατιωτικῆς ἀρχῆς παύσας αὐτόν, εἰς πολιτικὴν μετέστησε, λογοθέτην τοῦ δρόμου προχειρισάμενος, ὅπερ ἐκεῖνος οὐ δυναστείαν, ἀλλ' εἰς τιμωρίαν καὶ ταύτην βαρεῖαν ἐλογίζετο. εἶτα τῇ κακώσει τοῦ ἀνδρὸς προστιθεὶς, καὶ οἴκοι μένειν αὐτὸν ἐκέλευσεν, ᾤκει δὲ κατὰ τὸ θέμα * διὰ ταῦτα ἐμήνιεν ὁ Ἰωάννης. ὡς δὲ καὶ τὴν μαχλάδα ἐκείνην εὕρηκεν αὐτὸν παροξύνουσαν, διαπραξαμένην δὲ οἱ καὶ κάθοδον κελεύσει βασιλικῇ, τῇ τυραννίδι ἐπέθετο, συμπράττουσαν ἔχων καὶ τὴν βασίλισσαν, καὶ ἅμα τε εἰς

[margin:] [illegible]

[margin:] περὶ Λέοντος τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ βασιλέως.

[margin:] ὅτι κατὰ τοῦ βασιλέως ἐφίλησε τὸν Τζιμισκῆν ἡ Θεοφανώ.

[margin:] ὅτι λογοθέτην τοῦ δρόμου προεβάλετο τὸν Τζιμισκῆν ὁ βασιλεύς.

publicis execrationibus obnoxiū esse, sed benignitatem potius suam erga subditos iactās, quòd binos medimnos aureo uenderet, quāuis exemplum Basilij Macedonis haberet, qui in tali penuria se, non ita olim, magnificè gesserat. Nam cum aliquādo de more in D. Apostolorum ædem iret, & ciues quosdā grauitatis aliquid prę se ferentes, mœstos cōspexisset: causam tristitiæ quęsiuit: Illi respōderunt, Domine, qui nō tristes esse possumus, cùm mortē nobis instantē uideamus, & bini frumenti medimni aureo nummo sint emendi? Quibus ille auditis ingemuit, dataq; pecunia tristitiā illorū discussis, ciuiles Magistratus execratus, quòd ab ijs de penuria nō factus esset certior, ac statim Imperatorijs granarijs apertis, duodenos medimnos uno aureo uendi iussit. Ac ille quidem, ut Imperatorē decet, egit: hic pro caupone se gessit, qui populo penuria laborāti, non modò nihil opis tulit, sed & calamitatibus insultauit: uulneribus eorum, quos fames fauciarat, inhumaniter diuellendis. Sed & frater eius Leo, & ipse cauponādo, nihilominus & urbanū populū & prouinciales premebat. Qui cùm se tales erga afflictos præberent, uicissim dicterijs à populo incessebanť. Nam cū aliquando Imperator nouitios milites lustrās, canum quendā inter cæteros uidisset, rogauit, Cur homo senex militiæ nomē dedisset? Ibi ille ingenio se respōdit, Se nūc multò robustiorem esse, quā in iuuētute. Tum enim ne dimidij quidē aurei frumentū tollere potuisse: nūc uerò duorū aureorū facilius in humeros sublaturū. Intellexit cauillū Imperator, eoq; dissimulato ad aliū transiit. Quamuis autē Theophanonem prius uehementer deperisset, pòst, eius congressu abstinuit, siue ex satietate, siue ex continentia. Nam uel in adolescentia parū procliuis ad libidinē fuerat. At illa maritū uel ob eam alienationē exosa, uel de filijs solicita (quidam enim murmurabant, uelle Nicephorum regijs pueris castratis, imperiū in fratrē Leonē transferre) clàm cum Ioanne Zimisce colloquitur, siue amore eius capta (nam formæ excellentia & uenustate, hominum oculos in se conuertebat) siue eum parē Nicephoro aduersarium rata. Quidā etiam tradūt, eam consueuisse cum illo, & homine contra Nicephorum instigato, plaustrum per se nutans, ut prouerbio dicitur, opportunè perculit. Nam Ioannes alioqui succensebat Imperatori, cui ex fratris inuidia & calumnijs suspectus, à militari potestate, ad ciuilem trāslatus fuerat, et Dromi Logotheta designatus, quam ipse non potestatem, sed graue supplicium iudicabat. accesserat malis, quòd quum in Themate * habitaret, domi manere iussus erat. Ob hæc Ioannes iratus, cùm etiam à meretrice illa irritaretur, quæ reditum ei iussu Imperatoris confecerat: regnum affectauit, illa adiutrice: eodem'que tempore suis neces-

[margin:] Basilij Macedonis in caritate annonæ benignitas.

[margin:] Dicteria in Nicephorū.

[margin:] Theophano cum Zimisce in Nicephori necem cōspirat.

necessarijs arcanum aperuit, et facinus aggressus, intempesta nocte cum ijs lembo conscenso, ad Regiam peruenit, qua mari austrino alluitur. Bucolcon is locus dicitur, quod ibi lapideus leo excisus est, qui, cum boui eiusdem materiæ insideat, pede sinistro cornu illius tenet, & collum distorquet. Quo cum uentum esset, sportam demissam uidet, in eaque cum suis à Theophanonis ancillis attrahitur. Habebat autem secum Michaelem Burzem, Imperatori, ob inconsideratam illam iram infensum, & Leonem Abalantem & Theodorum Nigrum, quem ob colorem nigriorem Azypotheodorum uocabant, & alios duos. Igitur cubiculum Imperatoris sine strepitu ingressi (Nam id quoque Theophano confecerat) Nicephorum humi dormientem, quidam calcibus per cōtumeliam insultans somno excutit, experrectum seque attollentem lethaliter in capite uulnerat, quo ictu & corpus eius & animus grauiter est concussus. Ad Zimiscem qui in regio lecto consederat, adductus, iam collabens & utrinque suffultus: cum rogaretur, quibus de causis ab eo uexatus esset; nihil respondit, sed illud duntaxat, Iuua domine, clamauit. Iubet igitur Zimisces coniuratos maxillas eius capulis gladiorum pulsando confringere, aut dentes elidere. Deinde quidam in tergum eius hastam ita intorquet, ut per pectus elaberetur. Tumultu ab excubitoribus excitato (iam enim insidias animaduerterant) caput modò defuncti, amputatum per fenestram ostendunt, itaque illorum impetum comprimunt. Fertur Nicephorus paucis antè diebus tabellas in suo cubiculo inuenisse insidiarum indices. Leo frater Imperatoris, necce illius cognita cum filio suo Nicephoro in magnam Ecclesiā cōfugit. Fuit hic Imperator cum cæderetur, natus annos quinquagintaseptē, quorū sex cum totidē mensibus regnauit.

Bucoleon.

Nicephori cædes.

IMPERIVM IOANNIS ZIMISCÆ.

AC ille quidem fatis ita satisfecit. Zimisces autem regno potitus, Romani liberos, pueros adhuc, Imperij consortes fecit: Basilio cubiculario, quē Nicephorus nouo dignitatis genere Præsidem appellarat, ut in rebus gerendis uersato, administrationem omnem commisit. Is Nicephori cognatos, & alios qui ei adhuc benè cupere uidebantur, amouit, Leone curatore palatij, & filio eius Nicephoro Lesbum relegatis, alteri eius filio Bardæ certo limite præfinito, ne Amasia excederet, atque alijs aliter tractatis. Quos autem Nicephorus in exilium egerat, reuocauit. ijs uerò etiam Pontifices annumerabantur, qui ei libro subscribere recusarant, quo sanxerat, ne quis Pontifex se inscio designaretur. Deinde in magnam Ecclesiam abijt Ioannes, ut ibi diademate ornaretur. Sed Polyeuctus, eum, ut cæde pollutum, ingredi ædem sacram non est passus.

Nicephori acta rescinduntur.

Zimisces non prius coronatur quàm Patriarche satisfecisset.

ἐθάῤῥει, τὸ ἀπόῤῥητον ἀπεκάλυψε, καὶ ἅμα τῷ ἔργῳ ἐπεχείρησε, καὶ προσλαβόμενος αὐτούς, ἀκατίῳ τὸ τηνικαῦτα λέμβῳ ἐμβεβηκὼς ἐπὶ τῆς νοτίας θαλάσσης τοῖς βασιλείοις ἀφίκετο. Βουκολέων ὁ τόπος ὀνόμασται, ὅτι λίθινος λέων λελάξευται ἐν αὐτῷ, βοῒ ἐπιβεβηκὼς ὁμοίῳ, καὶ τῷ εὐωνύμῳ ποδὶ κατέχων τὸ κέρας αὐτοῦ, καὶ περιστρέφων τὸν αὐχένα τοῦ βοός. ἐνταῦθα γενόμενος, σαργάνην τινὰ καθιεμένην ἄνωθεν καθορᾷ, καὶ δι' αὐτῆς ἀνιμᾶται παρὰ θεραπαινῶν τῆς Θεοφανοῦς, καὶ αὐτὸς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. εἶχε δὲ ὁ Βούρτζης Μιχαὴλ ἐγγὺς τοῦ βασιλέως, καὶ αὐτὸς διὰ τὴν ὀργήν, ὡς εἴρηται, τὴν ἀλόγιστον, καὶ Λέων ὁ Ἀβαλάντης. καὶ ὁ μελάγχρους Θεόδωρος ὃν διὰ τὸ τοῦ εἴδους μελάντερον ἐκάλουν Ἀτζυποθεόδωρον, καὶ ἕτεροι δύο. ἀψοφητὶ τοίνυν ὑπεισελθόντες τὸν κοιτῶνα τὸν βασίλειον (καὶ τοῦτο γὰρ αὐτοῖς ἡ Θεοφανὼ κατεπράξατο) ὕπνον τὸν Νικηφόρον χαμεύνην ὑπνώττοντα, καί τις αὐτῷ λὰξ ἐν θυμῷ καὶ ἐνυβρίσας διύπνισεν, ὡς δὲ τὴν κεφαλὴν ἐπανῆρεν ἀνιστάμενος, δέχεται κατ' αὐτῆς εὐθὺς καιρίαν πληγήν, ἥτις αὐτῷ διέσεισε καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχήν. εἶτα ὁ μὲν Τζιμισκῆς ἐπὶ τῆς βασιλείου κλίνης ἐκάθητο, ὁ δὲ φονεὺς ἤδη παραπεσὼν ἑκατέρωθεν ὑπερειδόμενος αὐτῷ παρίσταται. ὁ δὲ τὰς αἰτίας αὐτὸν ἠρώτα, δι' ἃς ἐκάκου περὶ αὐτόν. ὡς δ' ἐκεῖνος πρὸς οὐδὲν ἀπεκρίνατο, μόνον δὲ τό, Κύριε βοήθει, ἐφθέγγετο, ἐγκελεύεται τοῖς περὶ αὐτὸν ταῖς λαβαῖς τῶν ξιφῶν τὰς γνάθους αὐτοῦ παίοντας συνθραῦσαι, ἢ διασεῖσαι τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ. εἶτά τις δόρυ ἐπαφεὶς διαπερᾷ βάλλων ἐπὶ νῶτον αὐτόν, καὶ τὸ δόρυ διὰ τῶν στέρνων ἐξέπεσε. θορύβου δὲ παρὰ τῶν προκοιτώντων γεγενημένου (ἤδη γὰρ εἰς αἴσθησιν ἦλθον τῆς ἐπιβουλῆς) καὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ ἀνδρὸς ἄρτι ἐκτεμόντες τοῦ νεκροῦ, καὶ τοῖς σωματοφύλαξι διὰ θυρίδος δεικνύουσι, καὶ οὕτω τὴν ἐκείνων ὁρμὴν καταπαύουσι. λέγεται δ' ὅτι πρὸ ἡμερῶν ὀλίγων ἐγγραφὸν τινα εὗρεν ἐν τῷ κοιτῶνι ὁ Νικηφόρος, δηλοῦν τὴν ἐπιβουλήν. ὁ δὲ τοῦ βασιλέως Νικηφόρου αὐτάδελφος ὁ Λέων τὸν φόνον ἐγνωκώς, σὺν τῷ υἱῷ Νικηφόρῳ τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ προσέφυγεν. ἦν δὲ ὁ αὐτοκράτωρ ἐκεῖνος, ὅτε ἀνῃρεῖτο, ἐτῶν πεντήκοντα καὶ ἑπτά, ἐξ ὧν ἓξ καὶ μῆνας τοσούτους τῶν σκήπτρων ἐκράτησε τῶν ῥωμαϊκῶν.

ἐπιβεβηκότα τῷ βοΐ, ... ἀλλήλοις.

ἀνάγουσι ... μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ.

ΒΑΣΙΛΕΙΑ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΤΖΙΜΙΣΚΗ.

Καὶ ὁ μὲν οὕτως ἀπέτισε τὸ χρεών. ὁ δὲ Τζιμισκῆς τῆς βασιλείας γενόμενος ἐγκρατής, καὶ τοὺς τοῦ Ῥωμανοῦ παῖδας κοινωνοὺς πεποίηκε τῆς ἀρχῆς, παῖδας ἔτι τυγχάνοντας, τὸν δὲ παρακοιμώμενον Βασίλειον, ὃν ὁ φονεὺς τετίμηκε πρόεδρον, μήπω πρῴην ὄντος τοῦ ἀξιώματος, προσλαβόμενος ὡς ἐντριβῆ περὶ τὴν τῶν κοινῶν πραγμάτων διοίκησιν, αὐτῷ τὴν πᾶσαν οἰκονομίαν ἀνέθετο. καὶ ὃς τοὺς τῷ Νικηφόρῳ προσήκοντας, ἢ καὶ ἄλλως εὔνοιαν ἐκείνῳ τηρεῖν ὑποπτευομένους, ἐκ μέσου πεποίηκε, τὸν μὲν κουροπαλάτην Λέοντα, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Νικηφόρον ἐν Λέσβῳ περιορίσας, τῷ δ' ἑτέρῳ τοῦ Λέοντος υἱῷ τῷ Βάρδᾳ ὅριον θέμενος τὴν Ἀμάσειαν, καὶ ἄλλους ἄλλως μετελθὼν τε καὶ οἰκονομησάμενος. τοὺς δὲ παρὰ τοῦ Νικηφόρου φυγαδευθέντας κατήγαγεν, οἷς καὶ ἀρχιερεῖς συνηριθμοῦντο, ὅσοι μὴ ὑπογράψαι ἐν τῷ τόμῳ ὑπείκοντο. δι' οὗ ἐδέσπισε, μὴ ἄνευ ἐκείνου ἀρχιερέα τινὰ προχειρίζεσθαι. εἶτα ἄπεισιν ὁ Ἰωάννης εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν ταινιωθησόμενος. ἀλλ' οὐκ εἰάθη παρὰ τοῦ Πολυεύκτου εἰς τὸν ναὸν εἰσελθεῖν, ὡς φόνῳ μεμιασμένος.

ὅτι τὸν παρακοιμώμενον Βασίλειον ... τῆς βασιλείας ... πράγμασι.

ὅτι ... τὸν ... ἀπάγειν ... εἰς τὴν ἐκκλησίαν.

πρῶτος

πρᾶος δὲ τὴν ἐπιτίμησιν ὁ Τζιμισκῆς ἤνεγκεν, ἀπελογεῖτο μὴ αὐτὸς αὐτόχειρ γενέσθαι τοῦ φόνου, ἔλεγε δὲ τὸν Ἀβαλαντῆν καὶ τὸν Ἀτζυποθεόδωρον ἐπιτροπῇ τῆς Θεοφανοῦς τὸν Νικηφόρον διαχειρίσασθαι. τὴν μὲν οὖν Θεοφανὼ ὁ πατριάρχης ἀπῄτησε τῶν βασιλείων ἀπελαθῆναι καὶ περιορισθῆναι, καὶ τοὺς αὐτόχειρας τοῦ Νικηφόρου ἐκδιωχθῆναι, τὸν δὲ τόμον, ὃν περὶ ἐμνήσθημεν, διαφθαρῆναι, καὶ αὐτὸν τὴν ἐπιτίμησιν δέξασθαι ἐπιτιμίας. ὁ δὲ πάντα ποιήσειν ὑποσχόμενος αὐτίκα εἴλλει καὶ κατῆγε τῆς βασιλείας τὴν Θεοφανὼ, καὶ τὸν τόμον ἐκκομισθέντα διέῤῥηξε, καὶ ἃ ἔτι ἰδιώτης τελῶν εἶχε περιουσίαν, διανεῖμαι πένησιν ἐπηγγείλατο. τούτων δὲ γενομένων ἐπὶ τὴν γειτονίαν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν καὶ θεοῦ ἑορτὴν ἅμα τε τὴν ἐκκλησίαν εἰσῆλθε τρίπτυχον ἄνοδον, καὶ ἅμα τῷ διαδήματι ἐστέφθη, τῇ δὲ Θεοφανὼ εἰς Προικόννησον περιωρίσθη. οὕτω μὲν Ἀντιοχείας αὐτὴν ἀναῤῥηθείς, ἐπεὶ ἀρχιερέως ἡ μεγάλη Ἀντιόχεια χηρεύουσα ἦν, προχειρίζεταί τινα μοναχὸν Θεόδωρον, ὃς αὐτῷ προεῖπε τῆς βασιλείας τυχεῖν, καὶ μὴ σπεῦσαι μηδ' ἁρπάσαι αὐτήν, ἀλλ' ἀναμεῖναι τὴν ἐκ τοῦ θεοῦ προχείρισιν. ὅσπερ τὴν ἀρχιερωσύνην καταδεξάμενος, ἀξίωσιν ἐποιήσατο πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἐκείνην, ὡς Μανιχαίους ἐκ τῆς ἑῴας μετοικίσαι πρὸς τὰ ἑσπέρια, πολλοὺς τῇ αὐτῶν μυσαρᾷ αἱρέσει διαφθείροντας. ὁ τὴν ἀξίωσιν πληρῶν, εἰς Φιλιππούπολιν μετῴκισε τὸ γένος τῶν Μανιχαίων. ὁ δὲ πατριάρχης Πολύευκτος τῇ τοῦ Τζιμισκῆ ἀναῤῥήσει τριάκοντα καὶ πέντε ἡμέρας ἐπιβιοὺς, τὸν βίον μετήλλαξε, καὶ ἀντεισήχθη εἰς τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον τῆς βασιλευούσης τῶν πόλεων ὁ μοναχὸς Βασίλειος ὁ Σκαμανδρηνός. οἱ δὲ ἐκ τῆς Ἄγαρ μὴ ἀνακτὴν ἡγούμενοι, στερηθῆναι τῶν πόλεων ἃς ἤδη ἀφῃρέθησαν. συνελέγησαν πανταχόθεν, καὶ συνθήκας περὶ ὁμαιχμίας πεποιηκότες, καὶ τοῖς Καρχηδονίοις τὴν σφῶν ἡγεμονίαν προσνείμαντες, διεστρατεύσαντο ἐπὶ τὴν ἐν τῇ Δάφνῃ Ἀντιοχείας, καὶ ταύτην ἐπολιόρκουν. τῶν δ' ἐν τῇ πόλει αὐθισταμένων αὐτοῖς καρτερώτερον, ἠγγέλθη τῷ βασιλεῖ τῶν ἐθνῶν ἡ συνέλευσις. ὁ δὲ κελεύει τῷ στρατηγῷ Μεσοποταμίας ἐπικουρῆσαι τοῖς πολιορκουμένοις. καὶ πολέμου πρὸς τοὺς Ἀγαρηνοὺς συῤῥαγέντος, οἱ βάρβαροι καί τοι πολλαπλάσιοι πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ὄντες, τρέπονταί τε καὶ σκεδάννυνται. οἱ δὲ Ῥῶς τὸ τῶν Βουλγάρων ἔθνος καὶ τὴν χώραν αὐτῶν ὑφ' ἑαυτοὺς ποιησάμενοι, καὶ τοὺς ἡγεμόνας τοῦ ἔθνους τόν τε Βορίσην καὶ τὸν Ῥωμανὸν, ἐπιλελησμένοι τῶν οἰκείων, ἀλλ' ἐπεθύμουν αὐτόθι ποιῆσαι τὴν χώραν κατέχοντες, πρὸς τοῦτο δὲ αὐτοὺς καὶ ὁ Καλοκυρὸς ἀνερρίπιζεν, εἰ γὰρ βασιλεὺς Ῥωμαίων ἀναῤῥηθήσομαι παρ' ὑμῶν, ἔλεγε, τήν τε τῶν Βουλγάρων χώραν παραχωρήσω ὑμῖν, καὶ διαθήσομαι πρὸς ὑμᾶς εἰρήνην διαιωνίζουσαν, καὶ τὰ ὑπεσχημένα παρέξω ἐπὶ τὸ πολλαπλάσιον. οἱ δὲ τῇ τε τῶν χωρῶν ἀρετῇ θελχθέντες, καὶ τοῖς λόγοις τοῦ Καλοκυροῦ χαυνωθέντες, ὅτι τῷ βασιλεῖ πάντα ποιήσειν ἐπαγγελθέντα παρὰ τοῦ Νικηφόρου σφίσιν ὑπεσχημένα ἀπειθοῦσι γράφοντι, καὶ τοῖς πρέσβεσιν ὡμίλησαν ἀλαζονικώτερον. ὅθεν ἠναγκάσθη κατ' αὐτῶν ὅπλα ἀναγκάσαι, καὶ ταῖς Ῥωμαϊκαῖς δυνάμεσιν ἐπιστήσας στρατάρχην, ὃν στρατηλάτην ὠνόμασε Βάρδαν μάγιστρον τὸν Σκληρὸν, τὸν ἀδελφὸν τῆς θανούσης αὐτοῦ γαμετῆς. οὗ τοῦ ἀδελφοῦ ὄντα, ὁρμῆσαι οἱ ἐπὶ τοὺς Ῥῶς ἐνετείλατο. ὁ δὲ ἀπῄει. οἱ βάρβαροι τοῦτο μαθόντες, καὶ ὁ τῶν ἐξάρχων ὁ Σφενδοσθλάβος, τούς τε Βουλγάρους ὁπλίσαντες, καὶ συμμάχους προσλαβόντες Σκύθας, οἱ Πατζινάκαι καλοῦνται, καὶ τοὺς τὴν Παννονίαν οἰκοῦντας Τούρκους, καὶ στρατιὰν εἰς τριάκοντα μυριάδας ἀριθμουμένην συναγόμενοι, τὴν Θρᾴκην ἅπασαν ἐληΐζοντο. τούτοις οὖν μὴ

Quam increpationem Zimisces æquo ferens animo, pro defensione attulit, se cædē suis manibus non perpetrasse, sed Abalantē, et Azypotheodorum Theophanonis iussu Nicephorum sustulisse. Contrà, patriarcha postulauit, ut Theophano regia pulsa relegaretur, & Nicephori percussores in exilium agerentur, & liber cuius mentionem fecimus, laceraretur, & ipse pœnas daret. Ille se omnia facturū pollicitus, statim missis satellitibus Theophanonem Regia educit, librum ad se allatum lacerat, & quas priuatus opes habuisset, se distributurum pauperibus promisit. His factis nata li seruatoris & Dei nostri, simul in Ecclesiam admittitur, simul diademate ornatur, Theophanone in Præconesum relegata. Sic appellatus Imperator, cum magna Antiochia Pontifice careret, monachum quendam Theodorum, qui Imperium ei prædixerat, neque festinare aut rapere, sed numinis designationem expectare iusserat, nominauit. Is Pontificatu suscepto ab eo postulauit, ut Manichæi, qui fœda sua secta multos contaminarent, ex Oriente in Occidentem transferrentur. Cuius postulatis ille obsecutus, nationem Manichæorum Philippopolim transtulit. At Patriarcha Polyeuctus, cum post Zimiscæ proclamationem triginta quinque dies uixisset, obijt, in eiusque locum successit Basilius monachus Scamandrenus. Agareni uerò non ferendum esse rati, si ademptis modò urbibus carendum esset: undecunque conuenerunt, pactaque belli societate, Carthaginensium ductu & auspicijs, Antiochiam iuxta Daphnen, obsederunt. Sed dum ciues constantius illis resistunt, gentium illa conspiratione cognita Imperator, Mesopotamiæ Ducem obsessis opem ferre iubet. Prælio commisso, Barbari, & si numero longè superiores, à Romanis profligati, dissipantur. Cæterum Rossi Bulgarorum natione & prouincia subacta, una cum ducibus Borise & Romano, obliti patriæ, illic Imperij sedem constituere uoluerunt, Calocyri potissimum impulsu: qui, si ab eis Romanorum imperator appellaretur, se & Bulgaria eis cessurum, & pacem perpetuam facturum, & longè plura quàm promissa essent, præstiturum, est pollicitus. Illi & prouinciarum bonitate illecti, & Calocyri uerbis inflati: neque literis Imperatoris, omnia quæ Nicephorus promisisset, se confecturum affirmantis, auscultarunt, & legatos insolentius tractarunt. Qua de causa bello eos petere coactus, Romanas legiones Barda Sclero magistro duce, fratre uxoris nuper defunctæ, cōtra Rossos misit. Quo Barbarorū dux Sphendosthlabus intellecto, Bulgaris armatis, & Pazinacis Scythis, necnon Turcis, qui Pannoniam tenent, ad belli societatem ascitis, exercitu circiter CCC millium coacto, Thraciam omnem populatur. Sclerus, qui cum tanta multi-

Theodorū Antiochiæ Pontifex.

Manichæi.

Basilius Patriarcha.

Agareni Antiochia repulsi.

Bardas Dux cū Rossis Bulgaris & Pezinacis prosperè pugnat.

multitudine acie congredi non auderet, quippe copijs longè inferior, militari solertia Barbaros deuicit. Nam primùm Pazinacas solos callidè in insidias pellectos, partim cæcidit, partim uiuos cepit. Deinde cum cæteris aliquandiu æquo Marte pugnauit. Sed cum quidam ex Scythis & proceritate corporis & animi uigore omnibus suis popularibus superior, Sclerum suas legiones equo circumuehi, & ad rem strenuè gerendam cohortari uidisset: concitato equo ensem capiti uiri impegit, qui & duritie & læuore galeæ repulsus, non penetrauit. Sclerus uicissim tanta uehementia gladium in caput hostis illisit, ut Barbarus in duas partes dissecaretur, mediçque partes eius utrinque de equo laberentur. Quo facinore Barbari perterriti, fugæ se mādarūt, quos Romani à tergio insequuti, multos occiderūt, multos ceperunt. persequendi reliquias Barbarorum, quæ quidem uulneribus affectæ erant, finē noctis interuentus attulit. Dum hęc contra Rossos geruntur, Bardas Phocas Leonis filius, relicta Amasia, ubi exulabat, Cappadociæ Cæsarem occupauit, & factiosorum hominum opibus fretus, tyrannidem affectauit, sumptis Imperij insignibus. Sed & pater eius Leo cum altero filio Nicephoro in animo habuit Lesbo transire in Thraciam, adiutore Abydeno archiepiscopo. Verùm eo consilio cognito, damnatur unà cum filio Nicephoro, ut ei oculi effodiantur. Imperator tamen clam ministris mandasse fertur, ut simularent duntaxat excæcationem, eorumque uisum illæsum conseruarent. His ita gestis, Scythis recens fusis, Sclero literæ ab imperatore afferuntur, ut traiecto in Orientem exercitu, Bardam Phocam opprimat. Qui cum Cæsariam peruenisset, Phocas à sua factione desertus (nam ad Sclerum confluebant omnes) solus cum suis ministris ad castellum Tytopæum properat: à quo cum non multum abesset, equites eum à Sclero missi consequuntur. Quorum unus Constantinus Charon, cæteris audacior scilicet, commilitones suos anteuertit, & impetu uehementiore ac pertinacius in Phocam, extremum suorum agmen curantem, illatus, hominem maledictis & probris insectatur. Cui ille, Non te decet, inquit, homini tali calamitate conflictanti insultare. Cum autem Charon interim propior factus, telum in eum coniecturus esset, clauam sic in galeam eius impegit, ut unà cum illa caput etiam confringeret, quo uno ictu prostratus, purpuream uomit ille animam. Eum iacentem conspicati, qui ponè sequebantur, à persequēdo destiterunt. Phocæ porrò castellum iam ingresso persuasit Sclerus, ut Imperatoris fidei se committeret: cuius iussu clericus factus, & in Chium relegatus est: Sclerus in Occidentē reuocatus, Imperator studio Basilij Cubicularij

Bardas Phocas & Leo affectati Imperij dant pœnas.

Constantinus Charon à Barda occiditur.

Zimiscæ nuptiæ & Rossica uictoria.

θαῤῥῶν ὁ σκληρὸς συμμῖξαι, καὶ ἐπὶ συστάδην μαχέσασθαι (πολλοστὸν γὰρ ἦν πρὸς τὸ πλῆθος ἐκείνων τὸ μετ' αὐτοῦ στρατιωτικὸν) στρατηγικαῖς μεθόδοις τοὺς βαρβάρους κατηγωνίζετο. καὶ πρῶτον μὲν λόχους καθίσας, καὶ μόνοις τοῖς πατζινάκαις ἐπελθὼν, εἶθ' ὑποφυγὼν αὐτοὺς ὑπαγαγὼν εἰς τοὺς λόχους, τοὺς μὲν ἀνεῖλε, τοὺς δ' εἷλε ζῶντας. εἶτα καὶ τοῖς ἄλλοις συμμίξαντι μέχρι μέν τινος ἰσόῤῥοπος ἦν ἡ μάχη αὐτῷ. ὡς δέ τις τῶν σκυθῶν καὶ ὄγκῳ σώματος, καὶ ψυχῆς παραστήματι γενναῖος εἶναι δοκῶν, καὶ τῶν ὁμογενῶν ἁπάντων ὑπερφέρειν, ὁρῶν τὸν σκληρὸν ἔφιππον διιόντα τὰς ὑφ' ἑαυτὸν τάξεις, καὶ ταύτας εἰς ἀλκὴν διεγείροντα, ὥρμησε κατ' ἐκείνου, καὶ κατήνεγκε τὸ ξίφος ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ ἀνδρὸς, τὸ δὲ τῇ τοῦ κράνους ἰσχύϊ καὶ τῇ λειότητι οὐχ ἥψατο αὐτοῦ. ὁ δὲ σκληρὸς αὖθις ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τὸν σκύθην ἀντέπληξε. καὶ ἡ τοῦ ξίφους καταφορὰ εἰς τοσοῦτον γέγονε σφοδρὰ, ὡς διχῆ τμηθῆναι τὸν βάρβαρον, καὶ ἡμίτομα τὰ μέρη αὐτοῦ τοῦ ἵππου ἐκπεσεῖν. οἱ βάρβαροι τὸ ἔργον ἐκπλαγέντες εἰς δειλίαν ἐνέπεσον, καὶ εἰς φυγὴν αὐτίκα ἐτράποντο, οὓς οἱ ῥωμαῖοι κατόπιν ἐλαύνοντες, πολλοὺς μὲν ἀνῄρουν, πολλοὺς δ' ἐζώγρουν. ἔπαυσε δὲ τῆς διώξεως τοὺς περὶ τὸν σκληρὸν ἐπελθοῦσα ἡ νύξ. τίως δὲ καὶ ὅσοι περιελείφθησαν τραυματίαι ἦσαν. καὶ τὰ μὲν ἐπὶ τοὺς ῥῶς ἐν τούτοις ἦσαν, βάρδας δὲ ὁ φωκᾶς ὁ τοῦ λέοντος παῖς, ἐξ ἀμασείας φυγὼν ἐν ᾗ περιωρίζετο, τὴν τῶν καππαδοκῶν κατειλήφει καισάρειαν, πολλοὺς προσεταιρισάμενος, καὶ τυραννίδι ἐπεχείρησεν, ἑαυτῷ περιθέμενος τὰ τῆς βασιλείας παράσημα. καὶ ὁ πατὴρ δὲ τούτου ὁ λέων σὺν τῷ ἑτέρῳ υἱῷ τῷ νικηφόρῳ ἐκ λέσβου πρὸς θρᾴκην ἐβουλεύετο διαβῆναι, ἔχων συμπράττοντα οἱ τὸν ἀβύδου ἀρχιεπίσκοπον. γνωσθεὶς δὲ, τοὺς ὀφθαλμοὺς στερηθῆναι καταδικάζεται σὺν τῷ υἱῷ νικηφόρῳ. λέγεται δὲ τὸν βασιλέα ἐπὶ τῷ λεληθότως ἐντείλασθαί τισιν ἐπιτραπεῖσι τὴν πήρωσιν τῶν ἀνδρῶν, μὴ ἐκκόψαι τούτοις τὰ ὄμματα, ἀλλὰ δόκησιν μὲν παρασχεῖν ἐκτυφλώσεως, παραφυλάξαι δὲ τοῖς ἀνθρώποις ἀλώβητον τὴν ὅρασιν. τούτων οὖν οὕτω συνενεχθέντων, γραφὰς καταλαμβάνει βασιλέως τὸν σκληρὸν, ἄρτι τοὺς σκύθας τρεψάμενον, διαπεραιωθῆναι πρὸς τὴν ἑῴαν, καὶ τῷ βάρδᾳ τῷ φωκᾷ ἀντιπαραταχθῆναι. καὶ αὐτίκα ἀπῄει καὶ εἰς καισάρειαν γίνεται, καὶ οἱ περὶ τὸν φωκᾶν, ἐκεῖνον λιπόντες, τῷ σκληρῷ προσεχώρησαν, μόνος δὲ μετὰ τῶν θεραπόντων ὑπολειφθεὶς, πρὸς τὸ φρούριον κατέφυγε τὸ τυροποιόν. οὔπω δ' ἐγγίσαντα τῷ εἰρημένῳ φρουρίῳ, καταλαμβάνουσιν αὐτὸν ἱππεῖς πεμφθέντες πρὸς τοῦ σκληροῦ. ὧν εἷς κωνσταντῖνος ὁ χάρων θρασύτερος τῶν ἄλλων, ὡς ἔοικεν, ὢν, προφθάσας τοὺς συστρατιώτας, μεθ' ὁρμῆς συντονωτέρας ἐπέρχεται τῷ φωκᾷ, ὁ δὲ οὐραγεῖ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ προϊοῦσι, καὶ ὁ χάρων ὕβρεσιν αὐτὸν ἔβαλλε καὶ ὀνείδεσι, καὶ ὁ φωκᾶς, οὐκ ἔδει σε, εἶπεν, ἄνθρωπον ἐν συμφορᾶς τοιαύταις γενόμενον, ἐπιπλήσσειν. τοῦ δὲ χάρωνος ἐν τούτοις ἐγγίσαντος τῷ βάρδᾳ, καὶ βαλεῖν ἐπιχειροῦντος αὐτὸν, ἐκεῖνος τὴν κορύνην ἀνατείνας, παίει τὸν κωνσταντῖνον ἐπὶ τῆς κόρυθος, καὶ ταύτην συντρίβει μετὰ τῆς κεφαλῆς τοῦ ἀνδρὸς, καὶ εὐθὺς εἷλε τὸν πεπληγμένον πορφύρεος θάνατος, μιᾷ θανατωθέντα πληγῇ, οἱ δὲ κατόπιν ἐλαύνοντες, ὁρῶντες τὸν πεσόντα, ἀφίσταντο τῆς διώξεως, καὶ ὁ φωκᾶς εἰσῆλθεν εἰς τὸ φρούριον. εἶτα καὶ ὁ σκληρὸς παραγενόμενος, καὶ πείσας αὐτὸν προσχωρῆσαι τῷ βασιλεῖ καὶ προσελθόντα, κληρικὸν γενόμενον, εἰς τὴν χίον περιορίζει ὁ τζιμισκῆς. καὶ ὁ σκληρὸς αὖθις προσετάχθη μεταβῆναι εἰς τὰ ἑσπέρια. νυμφεύεται δ' ἑαυτῷ γυναῖκα ὁ βασιλεὺς σπουδῇ βασιλείου

τοῦ παρα-

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

